
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

~~Elzevier~~
~~D. 138~~

KW 224
C 57

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57



LVGD. BATAV. ex officina Elzeviriana,
Anno cIↄ Iↄc XXXXVII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Koninklijke
Bibliotheek
's Hage

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Nobiliſsimo Ampliſsimoque
Viro

D. WILHELMO BOSWELIO

Sereniſſ. M. BRITANNIAE Regis res jam Agenti apud Illuſtriſſ. & Præpotentes Fœderati Belgii Ordines

IOANNES de LAET S. D.

QVod Perſica hæc ſub Ampliſſimo tuo nomine prodire voluerim, plures quidem cauſæ ſunt: nam bonam partem illuſtrandis magni hujus Imperii provinciis, contulerunt Angli tui; & plura adhuc ab eorundem accuratis obſervationibus expectantur: Sed una præcipua, quod me tuæ ſingulari humanitati plurimum debere haud ignarus,

 hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

hoc licet admodum levi teſtimonio, publice profiteri geſtiam, quam ſolvendo ſim impar: ea enim es morum probitate, ut facile aliorum animos tibi devincias: & quod rarum in tali dignitate, tanta erga omnes comitate, ut quum amicitiam tuam debuerim ambire; tamen affinium meorum, cum quibus tibi ſumma, tum privatim tum publicè dudum fuit conjunctio, interceſſione, ipſe ultro illam obtuleris: qua fretus confido, hanc opellam meam tibi non ingratam fore.

Vale, Vir Ampliſſime, & me uti cœpiſti, amare perge.

Lugduni Batavorum,

ANNO cIɔ Iɔ cXXXIII.

TYPO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

TYPOGRAPHI Lectori S.

QVum ſuperioribus annis, Benevole & erudite Lector, Turcica noſtra vel potius varios diſcurſus de Rebus Turcarum ederemus, meminimus nos promiſiſſe propediem & Perſica ad eundem modum eſſe adjuncturos; ſperabamus enim nos à viro præſtantiſſimo & qui cum dignitate in illo imperio jam aliquot annos fuerat verſatus, Perſicarum rerum explicationem eſſe adepturos; tenuit nos aliquandiu fruſtra hæc ſpes & jam pene exſpiravit; quare conſultius nobis viſum commentarium hunc è variis Itinerariis & commentariis probatiſſimorum authorum concinnatum tibi offerre, partim ut tantiſper eo utaris donec pleniora nanciſcamur; potiſſimum vero, ut facilius permoveamus eos, qui aliquid accurati in hoc genere poſſident, eoſque excitemus ad publico illa condonandum; in quo neque operæ noſtræ neque ſumptui parcemus, uti neque hactenus fecimus; cæterum Benevole & erudite Lector, & bene valere te & conatibus noſtris prolixè favere optamus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Contenta hujus libelli.

I. *TOpographica regni Perſic[æ] deſcriptio è variis probati[s] authoribus concinnata; in qua deſcribuntur hæ provinciæ:* p. 1.

Hyrack.
Paic ſive Fares & Farc.
Aderbaion ſive Adarbigian.
Gueylon ſive Guylan.
Choraſan ſive Karaſon.
Kermon ſive Kermân.
Regnum Harmuz & inſulæ in ſinu Perſiço.
Siſton ſive Sagiſtan.
Macron ſive Getche-Maquerona.
Regnum Candahar.
Maurenahar & Turqueſtan.
Vzbec Tatarorũ provincia.
Kurdeſtan provincia.
Chuſiſtan ſive Chureſtan.
Irack altera.

II. *Cæli ſolique qualitates Regni Perſiæ.* 122

III. *Populorum ingenia, mores, inſtituta & habitus.* 162

IV. *De*

IV. *De Religione Perſarum, & quid diverſi habeant à Turcis.* 141
V. *De Regimine politico & civili Perſarum regni.* 151
VI. *Potentia & opes hujus regni* 156
VII. *Origo Sophinorum, qui hodie Perſiæ imperant.* 166
VIII. *De veteribus Perſarum Regibus.* 183

PARS ALTERA.

I. *Excerpta ex Itinerario Ioſaphati Barbari, quæ Perſiam attingunt.* 207
II. *Excerpta quædam ex Itinerario Ambroſii Contareni Venetæ Reipublicæ Legati ad Vſun Caſſanum.* 220
III. *Excerpta ex Itinerario Itali mercatoris anonymi apud Ramnuſium.* 226
IV. *Excerpta ex Itinerario Ioannis Cartvvrighti Angli.* 232
V. *Itinerarium Antonii Ienkinſonii Angli à Ruſſia ad Boghar in Tartaria anno* cIↃ IↃ LVIII. 270

VI. *Al-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

VI. *Alterũ ejuſdem Itinerariũ* [e]
Ruſſia in Perſiã an. cIↃIↃLXII. 27[5]

VII. *Itinerarium Ioannis Nevvberie Angli ab Aleppo ad Ormuzium anno* cIↃ IↃ LXXXI. *Ejuſdem iter ab Ormuzio in Perſiam.* 279

VIII. *Itinerarium Nicolai Hemmij ab Ormuzio ad Hiſpahan anno* cIↃ IↃ CXXIII. 288

IX. *Itinerarium Ioſephi Salbanck & Roberti Covert Anglorum ex India in Perſiam & per varias ejuſdẽ provincias an.* cIↃ IↃ CIX. 292

X. *Itinerarium Richardi Steele Angli ex India in Perſiam & per Perſiam ad Bagdat an.* cIↃ IↃ CXV. 302

XI. *Itinerarium Petri Teixeræ ab Harmuzio ad Baſoram & porro per Perſiæ partem.* 305

XII. *Thomæ Herberti Armigeri Angli Itinerarium ab Hiſpahan in Hyrcaniam.* 338

Appendix, Ioannis Boteri relationem & quædam alia comprehendens. 345

I. Topo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

I.

TOPOGRAPHICA REGNI PERSICI deſcriptio è variis probatis Authoribus concinnata.

PLVRES ac diverſos dominos (inquit Schikardus in Tarich) habuit vetuſtiſſimum Regnum Perſiæ; indigenas non ſemper, ſed aliquando extraneos. Nam quum Alexander Darium viciſſet, paruit aliquandiu Macedonibus, donec orta inter eos diſſenſione, Arſaces à Theodoro Bactrianorum præfecto deficiens, rerum ſummam ad Parthos transferret. Poſtea reductum fuit ad Perſas, virtute Artaxerxis illius, qui ab Arabibus vocatur *Ardſchir Babekan*. Sed nec iſtius familia tenuit ultra quatuor ſecula; eripuerunt enim id *Saraceni* Caliphæ. Poſt ipſos tamen emicuerunt *Pujani*, de ſanguine priſcorum Regum: quos excuſſerunt *Tatari*, duce Halacho. Denique recuperarunt avita regna *Sophini* qui hodie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

imperant. Cæterum diſcrimen illud quod inter Parthos & Perſas vulgo conſtituitur, nec Tarich agnoſcit neque probat Teixera. Eſt enim nominale tantum, perinde ac ſi quis ex Θεσσαλία & Θετταλία diverſas vellet facere regiones, quæ non niſi pronuntiatione differunt.

Porro ſub Coſroe quem Arabes vocant *Nuſchir-ravvan*, qui fuit decimus ſextus ab Artaxerxe illo: regnum latiſſimè patuit. Laudant (inquit Schikardus) ſimul ejus in adminiſtratione regni, ſingularem prudentiam, quod non modo imperium à majoribus partum ſit pacificè tutatus, verum etiam adauxerit notabiliter, acquirendo regiones aliquot ampliſſimas, nempe *Tochariſtan* (quæ pars eſt veteris Bactrianæ,) Sableſtan, & Kabulſtam, quæ ſunt Indis proximæ. Quas vero ante poſſidebat, ne mole dilaberentur partitus eſt juxta mundi plagas in quatuor Satrapias. Orientis præfecto attribuit *Maurenahar*, *Coraſan*, *Sagiſtan* & *Kirman*: Auſtrino aſſignavit *Ahvvaz* & ipſam *Perſidem*: Septentrionali, territoria *Iſpahan*, *Kom*, *Adſarbigan* & *Armeniam*: Occiduo denique *Babyloniam* & *Irack*. Ex quorum enumeratione apparet quam late dominatus fuerit,

à Græ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

à Græcis videlicet ad Indos uſque, cum quibus utrimque bella geſſit.

Saraceni autem (inquit Schikardus) non ſemel & ſimul tam vaſtum regnum ſubjugarunt; ut vulgo cum Haythone arbitrantur, ſed expeditiones illæ durarunt circiter integrum decennium, quamdiu imperavit Omar & ultra; perque diverſos duces adminiſtratæ fuerunt; quarum ſeriem breviter cognoviſſe juvat. Anno Hegiræ XIII (qui Chriſtianæ 634 fere reſpondet) miſſus eſt Capitaneus Abu Obed f. Maſud adverſus Perſas, qui primo impetu cum imparatis pugnavit felicius, deinde prœlio apud Alchiram urbem in territorio Iracenſi commiſſo non ipſe tantum occubuit, ſed una Saraceni quamplurimi, Perſis contra hoſce latrones fortiter ſe defenſantibus. At pugna paulo poſt redintegrata, ipſi viciſſim acceperunt cladem longe majorem. Anno ſequenti miſit Omar alium ducem Saed f. Abi-Vakas, qui denique poſt varia prælia, Perſas ingenti ſtrage perculit juxta urbem Elkadiſiam in extremitate Iracenſis provinciæ & confinio regionis Elbadiæ 61 pharſangis à metropoli Bagdad verſus occaſum. Poſt biennium expugnavit idem Saedus civitatem Choſrois *Elmedaynam*. Sub finem illius anni, poſt novem fere men-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

ſes iterum Arabes invaſerunt Perſas, pro lio apud *Galulam* commiſſo: & vic runt Muſulmani & fugatus eſt Rex Ia digerd ad Pharganam: qui erat ultim illorum Rex. Subjugarunt deinceps *Izp han*. Illi vero tot victoriis nondum con tenti, etiam Choraſan ſubigere tent runt. Quid multa? Saraceni tande univerſum regnum Perſarum ad ſe tr duxerunt, & ei aliquot ſeculis ſunt do minati.

Sub imperio autem Saffahi Caliph enumerat *Elmacinus* haſce provincias Aderbigianem, Armeniam & Meſopo tamiam; Perſiam; Indiam, Choraſa nam, quæ tum Mahumetanis pareban anno Chr. IↃ CCLIII.

Verum non eſt nobis propoſitum au Monarchiam Perſicam ante tempor Alexandri aut ſub Macedonibus, vel et iam Perſis iterum Regibus; vel deniqu ſub Saracenis Caliphis deſcribere; aut va rias gubernandi formas, pro temporum & gentium mutatione recenſere, ſed tan tum deſcribere Perſici regni ſtatum, pro ut hodie uni Principi paret & jam ali quot annis paruit, præſertim Xa-Abas & majoribus illius. De cujus finibus brevi ter ſcribit Petrus della Valle; patere hodie Perſarum Regnum pene ab Indo ad Eu phratem atque adeo ultra.

Ante-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Antequam autem ſingulas provincias
leſcribam, operæ pretium me facturum
xiſtimavi, hic præmittere Catalogum
omnium oppidorum & municipiorum,
quæ Rex Perſiæ hodie poſſidet in ſingulis
provinciis, una cum longitudine & lati-
udine, quemadmodum illas accepi à Ni-
olao Hemmio qui illas in Perſia à Mo-
a quodam acceptas, humaniter commu-
icavit: Collatæ ſunt autem eædem lon-
itudines & latitudines, cum iis quas
Vlugbbekius Teyrmurlanis nepos & alii
Arabes prodiderunt; ita ut non deſperem
liquod lumen Chorographiæ Perſicæ
llaturas eſſe.

Noſtrates affirmant regnum Perſa-
um hodie patere à Babylonia ad In-
iam, in longitudinem quidem quin-
ue & quinquaginta dierum itinere: in
titudinem autem à mari Caſpio ad ſi-
um Perſicum, trium ſupra triginta die-
um itinere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Provincia Parc ſive Farc.

	longitudo.		latitudo.	
	gr.	*ſcr.*	*gr.*	*ſcr.*
1 Kaſeroen	80	—	28	10
Vlugbekius	87	—	29	15
2 Nabandioen	87	15.	29	—
Noubengan	—	—	30	10
3 Firuſabad	87	30.	28	10
4 Chiraef	88	—	29	—
5 Eſtacher	88	—	30	—
Vlug.	88	30.	30	—
6 Schiraz	88	—	29	36
7 Laar	90	—	28	30

Provincia Khermoen.

8 Zirgiân	90	20.	29	30
9 Ormuz	92	—	25	—
10 Berdaſier	92	30.	29	50.
11 Giroft	93	—	27	30.
12 Bam	94	—	28	30.
13 Bermaſier	94	20.	29	—
14 Gabbies	93	—	31	—

Provincia Sableſtan.

15 Zarans	97	—	32	33.
16 Boſt	80	—	33	—
17 Nekbeſaet	81	55.	33	20.
11 Gaſna Caſſabii	84	20.	33	55.

Pro-

Provincia Makeron.

	longitudo.		latitudo.	
	gr.	*ſcr.*	*gr.*	*ſcr.*
19 Maymant	81	55.	33	20.
20 Rebat amir	85	—	34	—
Vlugh.	85	—	34	40.

Provincia Ayrack vel Hyrak.

21 Ieſd	89	—	32	—
22 Chochraward	82	20.	32	20.
23 Hulwân	82	15.	34	—
24 Fermaſin	83	—	34	30.
25 Dienaware	86	—	35	—
26 Zoöur	83	20.	36	—
27 Nehawant	83	15.	34	20.
28 Dankgoene	83	40.	36	30.
29 Abahara	84	30.	38	45.
30 Hamadan	83	—	35	10.
31 Kargh	84	15.	34	—
32 Sauvva	85	—	35	—
33 Casbin	85	—	36	—
34 Aba	85	—	34	10.
35 Gerpadekon	85	30.	34	15.
36 Zamren	85	40.	32	15.
37 Hiſpahan	86	40.	32	25.
38 Caſſian	86	—	34	—
39 Com vel Kom	85	40.	34	15.
40 Hrey	86	20.	35	—

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Provincia Dilemon.

	longitudo.		latitudo.	
	gr.	*ſcr.*	*gr.*	*ſcr.*
41 Govvâr vel Chivvâr	86	10.	35	40.
Vlugh.	87	10.	35	4.
42 Allamoed	85	37.	36	20.
43 Thalekân	85	45.	36	10.

Provincia Gilan.

44 Mouſun	85	10.	37	—
45 Kadiour Kallara	88	50.	31	25.
46 Dehenna Kaſſaby Damawan	87	20.	36	10.

Provincia Tabareſtan.

47 Amoul	88	20.	36	15.
48 Zariah	88	—	37	—
49 Aſterabad	89	35.	37	50.
Vlug.	89	35.	36	50.

Provincia Gorgiân.

50 Oſcoen	89	30.	37	50.
51 Gorgiân	90	—	36	50.
52 Semnân	88	—	36	—
53 Damegân	88	55.	36	20.

Provincia Khoemûs.

54 Beſtân	89	30.	36	10.
55 Beyâd	89	50.	35	45.
56 Ferrawâ	90	—	39	—

57 Maſi-

	longitudo.		latitudo.	
	gr.	ſcr.	gr.	ſcr.
57 Maſinon	90	30.	38	—
58 Zabzavvâr	91	30.	36	5.
59 Nichabour	92	20.	36	21.
60 Thous	92	30.	37	—
61 Tarchies	92	—	35	—
62 Tabs Gilack	92	—	33	—
63 Thoen	92	30.	34	30.

Alii Arabes à Nizabur referunt oppida ſequentia ad ſequentem provinciam.

Provincia Coraſan.

64 Kayen	93	20.	33	40.
65 Tabs Meſſina	94	15.	33	15.
66 Zuzan	93	30.	35	20.
67 Heraet	94	20.	34	30.
68 Badagîs	94	30.	35	20.
69 Zarchâs	94	30.	37	—
70 Marvvarond	97	—	36	30.
71 Marvve	98	—	37	40.
72 Gouregiân	98	—	35	30.
73 Eirabad	99	—	37	45.

Provincia Yrakeyn.

74 Koufa	79	30.	31	30.
75 Madain	72	—	36	10.
Vlug.	79	—	33	10.
76 Bagdat	82	—	36	25.
Vlug.	80	—	33	25.

	longitudo.		latitudo.	
	gr.	ſcr.	gr.	ſcr.
77 Waſet	81	30.	32	20.
78 Souſter	84	30.	31	30.

Provincia Chuſiſtan.

79 Aſka Moukeran	84	30.	31	15.
80 Hauweſe	85	—	30	30.
81 Roomes	85	45.	30	—
Vlug.	—	—	31	—
82 Ardgân	86	30.	29	35.
Vlug.	—	—	31	—
83 Siapour	86	15.	30	—

Provincia Hindoſtan.

84 Candahar	97	40.	33	—

Provincia Arabia.

85 Iemina Baharen	82	30.	23	—
86 Hugere Bahary	83	—	25	15.

Provincia Adarbigian.

87 Salmâs	79	15.	37	40.
88 Choy vel Chouwii	79	40.	37	40.
89 Ourmya	79	45.	37	—
90 Merent	80	45.	37	50.
91 Nahziovan	81	15.	38	40.
92 Maraga	82	—	37	20.

Pro-

Provinciæ Arraân vel Hjeran.

	longitudo. gr.	ſcr.	latitudo. gr.	ſcr.
93 Tabriz	82	—	38	—
94 Ardevil	82	30.	38	—
aliis	—	—	37	30.
95 Mougàn	83	44.	38	—
96 Berdaâ	83	—	40	30.
97 Gaukeza	83	—	41	20.
98 Siamkoera	83	—	41	50.
99 Teffelîs	83	—	43	—
100 Allâu	83	—	44	—
101 Beylakân	83	—	39	50.
102 Bakoera	84	30.	39	30.
103 Schiamachi	84	30.	40	50.

Provincia Chabonkara.

104 Darabgerd	90	15.	28	15.
105 Baeſde	90	15.	28	28.
106 Chabonkara	89	—	29	15.
107 Gilan			37	—
108 Maſandran.				
109 Ferabad.				
110 Rext.				
111 Merans.				
112 Darabgier.				
113 Capan.				
114 Eckliſſii.				
115 Irrewaen.				
116 Ecbatana.				
117 Gengia.				

Poſte.

Poſteriorum horum oppidorum longitudines & latitudines in exemplari deſiderabantur : Addebat Belga à quo accepi, Perſarum Regem hodie poſſidere octuaginta & ſeptem oppida muris cincta præter municipia & innumeros pagos.

Thomas Herbertus in Itinerario ſuo diſtantias ab Ormuz ad mare Caſpium ita deſcribit, per Farſangas aut milliaria germanica.

Ab Ormuzio ad Bander-Gomtoon 3 Ad Band-Ally 4. ad Gacheen 7. ad Cawreſtan 5. ad deſertum Tangh-dolon 4 ad Whormoot 11. ad Lar. 9. *diſtantia ab* Ormuzio *ad oppidum* Lar XLIII *Farſang. ſeu* CXXIX *mill. anglica.*

A Lar ad Techoo 4. ad Berry 4. ad Bannarow 4. ad Goyome 4. tribus noctibus in deſerto 11. ad Wchormoot 3. ad Cut-bobbavv 3. ad Mobak 4. ad Conghton 5. ad Emoom 5. ad Vnghee 4. ad Moyechavv 4. ad Pully-por-shavv 7. ad Shyras $3\frac{1}{2}$.

Diſtantia à Lar *ad* Shyraz LXII *farſang. Seu* CLXXXV *mill. anglica.*

A Shyras ad Pully-chaum 7. ad Chylmanor 3. ad Camber-Ally 3. ad Pull. 2. ad Tartang 4. ad Deorden 3. ad Caffer 4. ad Whom-gesh 2. ad Baze-bachovv 6. ad De-gardovv 6. ad Gumbazellelo 4.

ad

ad Yezdecoz 4. ad De-moxalbeg. 6. ad Comme ſtrang 5. ad Moyeor 6. ad Spahonet 6. ad Spahavvn 3.

Diſtantia inter Shyras *& oppidum* Spahaw LXXIV *farſang. aut* CCXXII *mill. Anglic.*

A Spahavvn ad Reigne 3. ad Sardahan 5. ad Whoam 9. ad Tagebawgh 3. ad Bavvt 6. ad Obygarmy 10 ad Suffedovv 7. ad Syacovv 10. ad Gezz per deſertum ſalſum 13. ad Periſcow 6. ad Gheer 8. ad Alliavan, 15. ad Necaw 9. ad Aſſaraſſ 4. ad Farrab aut ad Caſpium mare 10. *Diſtantia inter* Spahawn *& Caſpium mare per* Periſcow (*datur enim alia via per* Caſbin) CXVIII *farſang. ſeu* CCCLIV *milliar. anglica.*

Teixera in appendice ad Relationes ſuas de Regibus Perſarum tribuit huic regno provincias haſce; *Parc*, *Hyerak*, *Adarbaion* ſive *Azarbaion*, *Gueylon* ſive *Guylan*, *Mazandaron*, *Strabat*, *Boſtan*, *Sabzābah*, *Nyxahur*, *Kāraſon*, *Kermon*, *Sagiſtan*, *Tabariſtan*, *Kābleſtan*, *Nim-ruz*, *Sta-Har*, *Siſtan*, *Curdeſtan*, *Loreſtan*. De quibus ſingulis ordine dicemus, facto initio potius ab Hyerak, quia Metropolis regni in illa ſita eſt, & totum Regnum non raro ab Arabibus Iraca fuit appellata.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Hyerack.

ARabes & Perſæ (inquit Teixera) duas regiones inſigniunt nomine *Hyerack*, quarum uni tribuunt pro limite Bagadad, quæ ſucceſſit in locum antiquæ Babylonis & haud longe diſtat ab hujus ruderibus: altera citra hanc verſus Perſiam, includit multa regna & principatus, præter provinciam *Hyerack* proprie dictam; & quidem poſteriorem hanc vocant *Hyerack Agemy*, id eſt Perſiæ; alteram autem *Hyerack Arabii* quæ & Ægyptum & alias provincias complectitur à *Bagada ad* verſus occidentem; ubi autem de utraque junctim loquuntur dicunt *Hyerakhen* quaſi dicas utramquę Hyerack.

Porro Hyerak Perſiæ magna & nobiliſſima eſt provincia, plurima habens oppida celeberrima, quorum tamen hodie metropolis eſt Hiſpahan, & utplurimum Regis Perſarum aula celebris, commerciis quoque & annonæ copia longe præſtantiſſima.

Izbahan (inquit Schikardus in Tharich) quam Geographus Nubienſis regioni Gebal hoc eſt montanæ vel alpeſtri accenſet; tribuit Abulfeda in exemplari Tengnagliano, longitudinis quidem gradus LXXVI, latitudinis vero triginta

ginta quatuor cum totidem minutis: unde apparet Ptolemæum (qui à Fortunatis numerat) ibi novem, hic binis gradibus abundare; (Vlughbeeckius quemadmodum à Clariſſ. V. Golio accepi, tribuit illi longitudinis quidem gradus LXXXVI & XL ſcrupul. latitudinis autem XXXII grad. & viginti quinque minuta: Garſias de ſylva Figueroa latitudinis gradus unum ſupra triginta & ſemiſſem.)

Meminit illius Rabbi Benjamin: inde (*ſcilicet à Tabriſtan*) eſt iter ſeptem dierum ad urbem *Iſbahan* (*cujus nomen deinde indifferenter etiam cum* P *ſcribit ut & Arabes*) ea eſt urbs maxima & regalis habet in ambitu XII milliaria. Ibi degunt circiter quindecim millia Iſraëlitarum, &c. Recentiores geographi docent ipſius urbis, non in monte, ſed in plano ſitæ, ambitum hodie quatuor tantum millia paſſ. continere; ſuburbia vero pluſquam decem quæ Iudæus annumeraſſe videtur. (*de vera urbis magnitudine ſtatim dicemus*) Ajunt mœnia eſſe Cretacea, populum frequentem, bellicoſum & divitem ob innumeras ſerici textrinas: cives olim recenſitos fuiſſe ſupra 500000: hodie numerum hunc valde imminutum: id qua occaſione acciderit, narrat Ioſaphatus Barbarus teſtis oculatus (*vide illius Itinerarium in parte ſecunda;*)

eunda); ſumma huc redit: Quum ob rebellionem punirentur, juſſos eſſe milites ſingulos, ſingula civium capita Regi afferre: deficientibus ergo viris præ multitudine carnificum, decollatas fuiſſe etiam mulieres & capita earum raſa ne agnoſcerentur: ita urbem incolis exhauſtam, ut Authoris tempore anno 1570. quando id factum recens erat, vix parte ſexta fuerit habitata. Quod idem alter quoque Legatus Reipubl. Venetæ ad Vſun-Caſſan, Ambroſius Contarenus confirmat: niſi quod uterque nomen tantæ urbis per aphæreſin appellant *Spahan* vel *Spaam*. Cito tamen, intra xx tantum annos, ita refloruerunt & ædes & cives ut 10000 vici ejus numerarentur, unde viros 50000 citra ſui nudationem, exarmare poſſet. Noſtra ætate rurſus eſt populoſiſſima, & abundat omni commeatu, mercimoniis verò maxime claret: unde ab ipſo Rege inhabitatur, per vices tamen, ut Petrus Teïxera teſtatur, qui accenſet Irak regioni. Anglus ille naufragus, qui nuperrime, poſt ſuperata Indiæ loca mediterranea, Europæis hactenus incognita, per id emporium domum eſt reverſus, appellat *Iſpahavvne*, ac multum præfert ſuo Londino, tum propter mercium omnis generis incredibilem copiam ac æſtimationem, tum

propter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

propter ſtructuras palatiorum, aquæductuum, tabernarum, balneorum, fontium, ambulacrorum denique ac hortorum amœnitates. Hæc ille.

Adjungam hic accuratiſſimam urbis hujus deſcriptionem, quam à Nicolao Hemmio noſtrate accepi, qui illam vidit anno cIↃ IↃC XXIII & XXIV.

Iſpahan (inquit) hodie Perſarum imperatoris regia; ſita eſt ad ripam fluminis (cui nomen ab aliis tributum invenio Syndery & ab acrocerauniis montibus deſcendere tradunt, hybernis menſib. Thameſi flu. juxta Londinum haud impar, licet navigiorum haud ita ferax: æſtivis pene ſiccum.) duobus ſupra triginta gradibus ab æquatore verſus Arctum & viginti quinque ſcrupulis: (eandem quoque latitudinem prodit Vlugbeeckius & alii Arabes; longitudinem autem numerant ab extremo Africæ littore ſex gradus ſupra octuaginta & quadraginta minuta.) Cincta eſt terreno vallo, modicæ altitudinis undiquaque: foſſa minus lata & æſtivis menſibus fere ſicca: continet intra vallum octodecim aut plura ædium millia, eleganter & magnificè ſubſtructarum; quæ deſuper planæ ſunt; & amœniſſimos hortos, qui perpulchra ſtagna habent adjuncta.

Regis palatium, principali rerum ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

nalium foro imminens, longe ſumptuoſiſſimum eſt, parietibus intus & extus eleganter pictis & deauratis: forum (*mydan* ipſis) autem patet in longitudinem quidem ſeptingentos paſſus, in latitudinem vero ducentos quinquaginta: ante palatium jacent triginta machinæ bellicæ ab Harmuzio advectæ ſed hactenus indigeſtæ.

Ambiunt forum hoc undiquaque proceræ arbores, & domicilia æqualiter edita ex coctilibus lateribus ſubſtructa, cum ſuis concamerationibus ſive cellis, in quibus auri atque argenti fabri, gemmarii, aromaratii degunt: quemadmodum & ad alterum latus ex oppoſito horum, viſuntur officinæ mercatorum, qui varias merces præſertim ſericas venales habent: & variæ cauponæ, in quibus varia edulia parata inveniuntur: ambit item forum torrens inter duos muros è vivo ſaxo eductos concluſus, qui ad utrumque fori cornu influit in octangulas ciſternas: à quibus denique ſub plateis, quæ concavæ ſunt ad varias ædes & hortos derivatur.

Ad unum fori latus viſitur ſumptuoſiſſima Meſquita, marmoreis parietibus, ad quam tredecim gradibus aſcenditur ex uno marmore exciſis. Ad alterum moneta ſita eſt, ad quam tranſitur per porti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

cus, ſub quibus quoque plures viſuntur officinæ, in quibus proſtant varii panni ſerici, lanei atque goſſypini: etiam veſtes omnis generis: calcei atque ocreæ & ſimilia. Sunt & aliæ præterea plateæ deſuper tectæ, in quibus variorum artificum mechanicorum officinæ viſuntur.

Ædes autem plurimæ reperiuntur in oppido, quadratæ formæ & diverſæ molis, quas vocant *Caravanſeras*, in quibus mercatores tam peregrini quam indigenæ diverſantur, certo pretio in ſingulos menſes. Quales & in cæteris urbibus & pagis atque agris offenduntur, inſigni itinerantium ſolatio & opportunitate.

Arx ſita eſt ad partem urbis quæ Eurum adſpicit, imprimis ampla, duplici muro & foſſa clauſa; cum turribus quadraginta; adhæc aliquot machinis bellicis munita; in hac habitat Vezirius Regis, cui cuſtodia Arcis & Theſauri Regii qui ibidem aſſervantur, eſt demandata.

Tolerantur quoque in urbe duo monachorum conventus, Carmelitarum nigrorum & Auguſtinianorum.

Habet urbs duodecim portas, quarum prima appellatur *Dalvvaât*, à qua via ducit ad aliquot Armeniorum pagos, quos vocant *Gendemân*.

Secunda *Haſſenabad*, à qua via pertinet ad Perſiæ metropolim Schiras. iter eſt ſex dierum.

Tertia *Kherroen* ducens ad Gouwe-reſtan & Yeſd, quinque dierum itinere.

Quarta *Seydach Madeyan* à qua via ducit ad *Candaharam*, *Lahoram*, & reliquas partes Indiæ.

Quinta *Youbara* quam egrediuntur verſus Thermas ſeu Calidas Scaturigines, quæ tridui itinere diſtant ab oppido, & *Rovvdeſt* ab ipſis vocantur.

Sexta *Tochzii* à qua via pertinet ad *Caſsian* trium dierum itinere & ſemis; ad *Caſbin* octo; ad *Tauriſium* viginti; *Gilan* tredecim; *Ferrabad* novem, aut decem, & *Kom* ſex. Extra hanc ſolent Mahumetani dominicis noſtris diebus, feſtum celebrare, quod Tammachiam vocant, & meretrices atque omnis generis ſuaviludii & ſcurræ convenire.

Septima *Decrideſt* à qua via ducit ad *Bagdat* quindecim, & ad *Ardevil* ſedecim dierum itinere.

Octava *Lamboen* quæ ducit ad eadem oppida, ad quæ ſuperior.

Nona *Chaarbagh*, à qua via ducit ad *Luaen* tridui itinere: atque ad *Abecouram* montem totidem: hunc montem è duriſſima petra conſtantem, jam pluribus annis conatus eſt Rex perfringere & amnem qui ſecus oppoſitum ab oppido latus labitur, ad oppidum & illius agros traducere. Anno cIↃ IↃ C XXIV

ſupra

ſupra ducenta millia operarum in eo deſudaſſe ferunt; duces enim & magnates Regni tum inter ſe certaverant, ut opus abſolverent: nam tantum ducenti paſſus in longitudinem & centum quinquaginta cubiti in altitudinem reſtabant. Tantum tribus menſibus hic quotannis operari licet, ob acre frigus & altas nives, quæ cæteris menſibus montem occupant.

Reliquæ tres portæ hodie clauſæ ſunt; nimirum *Mergh*, quam apertam, peſtem & annonæ inopiam oppido eſſe allaturam ſuperſtitioſe credunt.

Kaly, quam itidem ſummam annonæ caritatem invecturam metuunt.

Gouldeſta denique, quam Rex convertit in pulcherrimam domum, quæ deſpicit in amœniſſimum locum quem vocant (*haerbaegh*; qui pulcherrimis arboribus in ambitu cinctus eſt, & ab utroque latere ſilicibus ſtratus; medium ſecat amnis *Zinderoend* (de quo ſupra) lapideo ponte ſtratus, quem regalem vocant; hic amnis dividit ſe in quatuor ramos, & mox in plures minores alveolos, qui varias oppidi ædes & hortos permeant. Influunt præterea in ſex ciſternas, quas vocant *Thankas*; quarum una ſita eſt juxta viridarium regium, quod dicitur *Haſergeris* (Mr. Thomas Herbertus vocat *Na-*

zerjareeb ; & ſcribit ſitum eſſe ad auſtralem oppidi partem) longe ampliſſima & plano fundo atque æquali , cum pluribus fontibus & canalibus : ab hoc viridario uſque ad pontem , utrimque ſunt educta ſumptuoſa ædificia & in medio ſemitæ canalis è vivo ſaxo : à ponte itidem utrimque pertinent ædes uſque ad magnificum Regis palatium ; ita ut Chaerbagh ab hoc palatio ad viridarium Haſergeris, in longitudinem pateat fere integrum milliare. *Herbertus* ſcribit viridarium hoc longe ſpatioſiſſimum & amœniſſimum ambitu complecti circiter tria milliar. anglica , & adiri per tres portas , ab arcto ad meridiem mille, ab oriente ad occaſum ſeptingentas paſſus dimetiens. In Centro illius elegantiſſima viſitur ciſterna cum variis fontibus.

Extra oppidum ſunt aliquot ſuburbia, nullo vallo murove cincta ; quorum unum vocatur *Golfa*, ſive ut alii ſcribunt, *Ciolfa*, aut ut Angli *Selphey* à ſex millibus familiis Armeniorum habitatum , quos Rex ſuperioribus annis è patriis ſedibus huc traduxit. Horum ædes ſplendore & magnificentia certant cum oppidanis : ſunt enim Armenii hi plerique opulenti, utpote induſtrii mercatores , qui pannos ſericos , glaſſum & alias Indicas merces emendo & Halepum , Conſtantinopo-

lim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

ſim atque adeo ad Europæas provincias deducendo, maximum quæſtum faciunt. Sunt quidem Chriſtiani, ſed ſectæ Armeniæ: diebus Mercurii & Veneris abſtinent à carnibus, piſcibus, butyro & caſeo, omnique pinguedine: neque quicquam illis diebus manducant præter panem, aut oryzam aqua ebullitam, mel, olera & arboreos fructus. Obſervant & quadrageſimam ad Romanorum normam: jejunantque ante quædam feſta majora, octo & interdum quatuordecim diebus. Ita ut pene dimidiam anni partem ad ſupra dictum modum jejunent. Deſponſant liberos ſuos admodum juvenes, & ubi ætatem nubilem attigerint, conjunguntur in templo: viduis ad ſecundas atque adeo tertias nuptias tranſire permittitur, numquam aut rariſſime ad quartas. Sacerdotibus vero etiam ſecundas nuptias interdicunt. Superſtitionum & ceremoniarum ſuarum ſunt retinentiſſimi.

Gauvverabad, aut ut Angli vocant *Govverabaut*, alterum ſuburbium habitatur à *Gavvriſiis* aut *Govvers*, quos Rex huc traduxit è Gavvreſtan & Yeſd; ſunt autem antiqui Perſæ, gentiles, quique etiamnum ignem colunt, de quo cultu alibi dicetur: horum familiæ numerantur hic circiter quingentæ: gens longe



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

melioris fidei & probior, quam ſunt Perſæ Mahumetani; mercatores induſtrii, gnavi agrorum cultores. Mares robuſto corpore & uſurpant veſtes à reliquorum Perſarum amictu diverſas, præſertim quoad colorem, fœminæ quoque illorum validæ & obœſæ, quæ longe aliter veſtiuntur quam Perſicæ in Hiſpahan: neque velant faciem, uti illæ; neque tam impudicæ judicantur. Marium autem veſtitum in adjuncta tabella curavimus exprimendum.

Abaſſabad tertium ſuburbium, in quo inter quinque & ſex millia familiarum degunt, è Tauriſio advenæ, & Mahumetanorum Perſarum religionem colentes: plurimi inter hos ſunt nobiles, qui aulam quotidie frequentant, reliqui mercatores; hic quoque inſignes ædes & horti viſuntur.

Chamſabad quartum ſuburbium, quod à paucis Armeniorum familiis habitatur.

Aſſennabad quintum ſuburbium, in quo degunt circiter ducentæ aut ducentæ quinquagintæ familiæ Georgianorum, qui itidem ſunt Chriſtiani, ſed variarum ſectarum, uti alibi in itinerariis notatum invenies. Hi quoque cultu atque amictu nonnihil differunt à Perſis; itaque hîc viri Georgiani habitum in tabella exprimendum curavimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Virgines autem Georgianæ in primis ſunt decoræ & pulchræ & amiciuntur ad modum, quem adverſa tabella indicat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Cheigh Sabanna ſextum ſuburbium incolitur itidem ab Armeniis, quorum ibi centum aut centum quinquaginta familiæ numerantur. Hactenus noſter. *Ioannes de Perſia* ſcribit hanc civitatem ſupra octuaginta millia civium continere, præter infinitum numerum advenarum: id liquere ex diverſoriis, quæ habet fere ſexcenta, Perſæ vocant Caravanſeras: balnea quæ vocant Hamam habet trecenta: officinas mercatorum omnis generis decies mille; ambiri autem à fluvio *Senderu:* ager ipſius humilior & fere riguus, unde & cœlum hic non admodum ſalubre. Hanc veterum *Hecatonpylen* arbitratur. Ornant illam turres ad minimum centum altiſſimi & elegantiſſimi operis; inter quas eminet illa quæ eſt in equili Regis, cujus faſtigium è craniis cervorum compoſitum ſcribit, quos uno die Rex Thamas venando occiderit ſupra triginta millia.

Videnda præterea quæ in Itinerariis parte ſecunda dicuntur, nam omnes principis hujus urbis meminerunt. Nequid prætercam, à nobiliſſ. viro Thoma Herberto qui hic fuit an. cIↄ Iↄc xxviii. obſervatum invenio. Heſpahan diſtare à ſinu Perſico centum ſeptuaginta farſang. (aut Anglic. mill. 537.) à Caſpio mari centum viginti farſang. (360 mill. Angl.)

angl.) à Shyrai ducenta viginti duo milliaria: à Bagdet quadringenta quinquaginta: à Candahar octingenta ſeptuaginta: à Caſbin ducenta ſeptuaginta. Ita ut in ipſo centro ſit Perſici imperii. Complecti ambitu novem mill. anglica; numerare caſarum ſeptuaginta millia: animarum ſupra ducenta millia.

Proximum poſt metropolin locum meretur *Yaſd* vel *Yeſd*, oppidum itidem amplum & imprimis amœnum atque pannorum ſericorum textura imprimis nobilitatum. Paulus Venetus appellat illam *Iaſdi* mercimoniis & ſerici textura celebrem; Ioſaphatus vero barbarus *Iex* mœnibus ampliſſimam, & quinque mill. paſſ. in circuitu patentem, ubi quotidie decem mille pondo venduntur, incredibili ſilentio & celeritate, nec ſermone ullo intercedente, quod pretium ſingulis authoritate publica inſcriptum ſit. Circa hanc urbem reperiuntur hodieque ignicolæ, qui fanum habent in propinquo monte *Albors*, ubi à temporibus Kaiomarrhati hucuſque jam ultra XXXV ſecula ignis continuo arſit: ſed de his alibi dicetur. Vlugbekius & alii Arabes conſtituunt hoc oppidum ad latitudinem duorum & triginta graduum. Dein *Kaxon* ſecundum Teixeram, oppidum famoſum, ſericorum pannorum omnis gene-

ris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

ris textura & agri imprimis fertilitate; hic enim exquiſiti fructus naſcuntur, præſertim mala cotonea, quæ per excellentiam *Caxton* appellantur.

Kom quoque ſive *Comm* magnum oppidum habens verſus Arctum pontem lapideum. Nubienſis vocat *Com* & dicit ab Aſbahan (ita vocat *Iſpahan*) diſtare itinere bidui. Vide & Itinerarium *Cartvvrighti*.

Saoah Teixeræ, Nubienſi uti ſuſpicor *Savan*, diſtans à *Com* XXXVI mill. paſſ. & à *Maſcuna* XXVII mill. paſſ. niſi forte ſit *Sauvva* cujus Vlughbekius prodit longitudinem LXXXV grad. & latitudinem XXXV. Cujus quoque Elmacinus meminit; portatus (inquit) eſt *Savvan* prope Hamadanum, atque ibi mortuus eſt.

Kazuin ſive *Casbin*, oppidum celebre (inquit *Teixera*) ad quod Perſarum Imperator Xa-Thamaz regiam ſuam tranſtulit poſt Tauriſium vulgo *Tabriz* à Turcis captum & direptum. *Ioannes de Perſia* ſcribit hanc urbem ſupra centum millia oppidanorum numerare; Meſquitas ſive Mahumetanorum templa quingenta. Palatium Regis longe maximum eſt, ita ut quartam partem leucæ in longitudinem occupet. Hujus urbis etiam itineraria memine-

runt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

runt, quæ in parte ſecunda reperiuntur, quæ conſulenda ſunt, imprimis Itinerarium Cartvvrichti, qui diligentiſſime hanc urbem deſcripſit, & exiſtimat veterum Arſaciam fuiſſe, (urbem Mediæ Ptolomeo & Ammiano.) Sita autem eſt in amœna & fœcunda valle, quæ tridui aut quatridui iter patet in longitudinem. Oppidanorum ædes negleĉtim ſtructæ ſunt, è lateribus tantum ad ſolem duratis, ut fere ſunt reliqua ædificiã per totam Perſiam. Vlugbekius & Arabes, ut ſupra vidimus, tribuunt illi longitudinem quinque & octuaginta graduum & triginta ſex minutorum. Nubienſis refert ad regionem Algebal id eſt montanam, & quidem inter regiones minores, licet (inquit) quidam opinentur hanc eſſe de terra *Deilan.* Et iter ab Hamadan ita deſignat; ab Hamadan ad *Nareſtan* XXX mill. paſſ. ab hoc ad Aved XXIV millaria paſſ. ad Cazvin duæ dietæ. Addit his Teixera *Amedon*, quam Nubienſis vocat *Hamadan*, dicitque ingentem eſſe urbem, diſtareque ab Aſtarabad XLV mill. paſſ. Benjamin Iudæus vocat *Hemdan*: ipſa eſt (inquit) vetus Madai (Mediæ metropolis inquit (Schikardus) à quo litteræ non abludunt) civitas ampliſſima, ubi degunt ex Iſraëlitis tantum L mill.

viri

viri. Nam ibidem ante quandam Sy-
nagogarum, ſunt monumenta Mardo-
chæi & Eſtheræ. Fuit autem hæc urbs
à Muſilimis capta anno Hegiræ XXIV
una cum *Elbira*, non illa (inquit Schi-
kardus) quæ jacet ſupra Raccam ad Eu-
phratem, ſed altera in regione Addei-
jam circa urbem Kazvvin. Tribuit autem
huic urbi Hamedan Vlugbeeckius & A-
rabes longitudinem trium ſupra octua-
ginta graduum & triginta quinque gra-
duum & decem ſcrupulorum latitudinē.

Adjungit deinceps *Teixera* oppidum
Nahaond, quod Nubienſis vocat *Naha-
vand*; ſcribitque ab Hamadan diſtare
XLVIII mill. paſſ. à *Rudhan* XXI mill.
paſſ.

Et deinceps *Targazin*, *Damaoand* &
Taharon, de quibus nihil comperi.

Rey Xarear vel Schariar, inquit
Teixera, ubi manna colligitur, ſed in-
ferioris notæ: Nubienſis videtur hoc
oppidum appellare *Ray*; & iter ab Ha-
madan ad illam deſignat; ab Hamadan
ad *Sava* XC mill. paſſ. à Sava ad *Ray*
mill. paſſ. Vlugbeekius & Arabes col-
locant ad longitudinem octuaginta ſex
graduum & decem ſcrupulorum, & la-
titudinem triginta quinque; quibus alii
addunt XL ſcrupul.

Ad hanc quoque provinciam perti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

net *Sultania*, quam Iovius putat extructam fuiſſe è ruinis Triganocertæ. Nomen hoc (inquit Leonclavius) eſt conſequuta à Sultanis, quod Perſiæ quondam fuerit regia, Sultanique ſedes & domicilium. Videnda ſunt Itineraria in parte ſecunda, quæ prolixè illius meminerunt præſertim Cartvvrighti. Vlugbeeckius & Arabes produnt longitudinem illius quinque ſupra octuaginta graduum & latitudinem triginta ſex grad. & xxx ſcrupul.

Adduntur his ab allis *Chocherarond*.

Hulvvaen quam Nubienſis vocat Holvan, & dicit ab urbe Bagdat ad illam ſex haberi ſtationes; nimirum ad *Nahraüan* XII mill. paſſ. ad *Dair-Barema*; totidem. ad *Daſcaram* XXIV mill. paſſ. ad *Halulan* XXI mill. paſſ. ad *Chanecquin* XXVII mill. paſſ. ad *Catſr-Sirin*; ad Holuan XV mill. paſſ. Ab Hamadan autem ad Holuan iter ejuſmodi eſſe; ad *Aſtorabad* XLV mill. paſſ. ad *Catſr-Alloſus* XXI mill. paſſ. ad *Maderam* XXI mill. paſſ. ad pontem Almam parvi amnis XV mill. paſſ. ad pontem *Abi-Aiub* XII mill. paſſ. Ad *Iahſun*, indeque ad *Carmazin* XXIV; ad *Zobaidiam* XXIV ad Marg-Alcalaa, id eſt, pratium arcis XXVII mill. paſſ.

Fermaſin de quo nihil inveni.

Cachra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Cachravvard, Gerpadekân, Zamren, quorum longitudines & latitudines require ſupra: nam nihil præterea nobis de illis obſervatum.

Chivvâr, quam Nubienſis videtur appellare *Giouâr* LX mill. paſſ. à *Schiraz.*

Aba; Nubienſis vocat urbem parvam, & nullis mœnibus cinctam; ſcribitque diſtare à *Fabrag* LXXV mill. paſſ à *Rudha* LIV mill. paſſ. à Murgia ſolitudini conermina levem ſtationem; à qua ad Schiraz ſint XXXVI mill. paſſ.

Parc ſive Fares & Farc.

PArc (quam Arabes efferunt Fares & Farc) una eſt è majoribus & melioribus provinciis hujus imperii; ejus autem Metropolis eſt *Schiras* quam alii efferunt Xyras & Siraz, nobiliſſima urbs & antiquiſſima; omni genere commeatus abundans; & commerciis cum cæteris regnis & provinciis Perſiæ florentiſſima; hic enim panni ſerici magna copia texuntur, è ſerico quod in finibus illius provenit. Scribit *Teixera*, hanc civitatem conditam fuiſſe à Iamſed, ambitu duodecim farſangarum. *Ioannes de Perſia* ſcribit ſitam eſſe ad fluvium *Bendamir* & intra muros ſuſtra ſexaginta millia civium continere; licet autem *Ioſaphat Barbarus* illi circui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

tum tribuat viginti mill. ſe qui ambitum illius dimenſus fuerit non niſi quatuor leucarum caſtellanarum circumferentiam deprehendiſſe. Aër hic frigidior ut teſtatur *Teixera* : incolæ ſunt colore candido, formoſi & urbanis moribus. In hujus agro repetitur ſecunda ſpecies Coſti, quam Perſæ vulgo vocant *Koſt-Talk* id eſt amarum, ad differentiam Coſti quod ex India petitur, quod ipſi *Koſt-Xerin* vocant, id eſt dulce.

Audiamus & Schikardum in Tarich: Huic etiam regi (inquit) *Gamſchid* primordia ſua debet *Schiraz*, inter Perſiæ urbes nunc facile princeps, in Regni meditullio ſita, duodecim farſangas, id eſt, ſex ſupra triginta mill. paſſ. in ambitu complexa, temperati aëris nec ita ferventis uti ad auſtralem oram; unde roſetis abundat, & rex ille florum ibi ita luxuriat, ut aquis inde maxima copia diſtillari ſolitis vel navis onerari poſſit. Itaque nec mirum eſt eorum idioma cæteris Perſiæ dialectis præferri, quorum ager tam ſuavem ſpirat odorem, cerebri quamvis enecti vivificatorem potentiſſimum.

Videnda quæ in ſecunda parte dicuntur de hac urbe in Itinerariis; hic tantum addam quæ à Belga ſunt obſervata anno cIↃ IↃ c XXIII.

Schi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Schiraz diſtat ab Æquatore verſus Arctum novem & viginti gradibus & ſex ſupra triginta ſcrupulis: condita eſt in valle præfertili, complectiturque hodie ſupra decem millia focorum: eminus accedentibus pulcherrimum præbet adſpectum, ob altas illius turres è ſplendentibus ſaxis conſtructas, & hortos atque viridaria, vernantibus cupreſſis conſita, quæ undique illam cingunt; in hiſce viridariis reperiuntur omnis generis fructiferæ arbores: rigantur autem certis canalibus è vicino flumine derivatis, quemadmodum & agri qui ambiunt, plures quoque hic reperiuntur fontes. Naſcitur hic præſtantiſſimum vinum totius Perſiæ, & venundatur admodum vili pretio. Laudatiſſima autem roſarum aqua, ad varias & longinquas regiones deportatur. Ager ſuburbanus tritici & aliarum frugum feraciſſimus eſt: oves hic ferunt lanam criſpam cinerei & candidi coloris, & caudas ita grandes & obeſas ut interdum octodecim & non raro viginti libras pendant. In ſylvis naſcuntur paſſim arbores quæ maſtychen exſudant, excipitur patellis quæ ramis applicantur, coloris primum viridis, qui ab æſtu vitiatur. In hac urbe tolerantur hodie à Perſarum Imperatore duo conventus Monachorum, qui par-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

tim ſunt Itali ordinis Carmelitarum, partim Luſitani ordinis S. Auguſtini; qui hic conciones habent & miſſas celebrant; concionantur autem lingua Perſica, Armenia & Arabica; nam potiſſima pars auditorum ſunt Armenii, pauci admodum gentiles aut Mahumetani, quia indigenis vetitum eſt vel hilum de mutanda religione cogitare.

Nubienſis Chorographus, ita circumſcribit hanc partem Perſiæ; dicimus (inquit) terram Fares ambiri ex parte orientis magno campo, qui ſuperiore ſui parte Sindiæ terram, inferiore Ray attingit. Clauditur autem ab Occidente, mari Perſico; à meridie terra Mecrân; à Septentrione terra Chureſtan. Prodit autem varias diſtantias & itinera ab hac civitate ad alia oppida tam intra quam extra hanc provinciam, nos tantum præcipua quædam hic inſeremus.

Iter à *Schiraz* ad *Acbaban quam* hodie vocant *Hiſpahan* & *Spahan*) ejuſmodi eſt: à Schiras ad urbem *Bazas* XII mill. paſſ. ab hac ad oppidum *Kian* XII mill. paſſ. à *Kian* ad *Caſraain* XXI mill. paſſ. ab hoc ad oppidum Aſtachar totidem mill. paſſ. ab hoc ad *Chan Rus* oppidum populoſum etiam XXI mill. paſſ. Hinc ad oppidum *Kard* totidem mill. ☞ Et ab hoc ad oppidum *Karda* XXIV

mill.

mill. paſſ. à Chan Rus ad *Aſbahan* XCIII mill. paſſ.

Verum quidam noſtrorum ſuperioribus annis hoc iter egit hoc modo: per *Bazigam* ubi annona comparanda eſt in biduum, ad *Poule gorck & Poule-nou* duos pontes ſuper fluvium ſtratos: ad *Mahy* pagum, *Emonzade Ouſioenr, Aſpas, Coſcoſer, Dedaur Chan* omnes pagos; *Gombeſilattam* arcem; *Iaſigas* pagum & caſtellum; *Demazoet* torrentem; *Abenebad* grandem pagum, ubi teloneum ſolvitur; *Mayar* pagum & *Spahan eck* diverſorium. Teſtatur autem hoc iter abſolvi, equis quidem diebus ſex, camelis vero ſedecim: vide in ſecunda parte Itinerarium Nicolai Hemmii.

Iter à Schiraz ad *Iaſd* prodit Nubienſis tale: *Iaſd* (inquit) eſt ad Orientem, ſecus extremitatem deſerti, in itinere quod ducit ad Choraſan; & nos ad amuſſim deſcribemus hanc viam prout jacet: Quare egredieris è Schiraz ad *Zarcan* (eſt autem Zarcan domicilia aliquot ſecus flumen ſuavis aquæ) tum ad urbẽ Aſtachar XVIII mill. paſſ. Ab Aſtachar ad oppidum *Tir* XII mill. paſſ. à Tir ad Kehemend oppidũ XXIV mill. paſſ. à Kehemend ad *Bend* oppidum totidem mill. paſſ. à Bend ad *Iarcoja* XXXVI mill. paſſ. à Iarcoja ad oppidũ Aſad XXXIX mill. paſſ. ab Aſad oppido

forti arce munito ad oppidum Magius xviii mill. paſſ. ab oppido Magius ad urbem *Kattha* ſub limitibus Iazd contentam xv mill. paſſ. demum à Kattha ad *Iazd* xxx mill. paſſ.

Ad hanc quoque provinciam pertinet *Aſtachar*, quæ olim illius Metropolis videtur fuiſſe; Alfraganus in Climate tertio vocat *Aſtacharam* in renovata editione Chriſtmanni, quum antea corrupte ibidem legeretur *Aſtatàr*; faciunt pleraque itineraria hujus mentionem, ſed potius veluti pagi aut municipii, ita ut à Muſulmanis olim exciſa videatur. Vide Itinerarium Ioſephati Barbari. Quidam autem noſtratium, qui hac iter habuit, ita meminit. Seſqui diei itinere à *Schiraz* verſus aquilonem, & circiter triginta gradibus ab Æquatore verſus Arctum, viſuntur hodie rudera magnificæ urbis Perſepoleos & palatii imprimis nobilis, vocant hodie Eſtacher & locum ubi palatii rudera viſuntur *Chilminare;* in fertiliſſima & amœniſſima convalle, hic ſuperſunt aliquot admirabilia antiquitatis monumenta: ad quæ aſcenditur gradibus è petra exciſis, adeo latis & planis ut equis eo aſcendere liceat; in planicie autem ſuper dictam petram, viſuntur primo conclave aliquod, cujus fores è politiſſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

politiſſimo ſaxo ſunt & variis figuris, inſcriptæ; intra ſunt duæ feneſtræ è pretioſo marmore & ita polito ut inſtar ſpeculi reluceant; præterea ſunt hic aliquot atria in quibus viſuntur ciſtæ è marmore exciſæ, in quibus regius theſaurus olim fuit reconditus; ſuperſunt quoque novemdecim columnæ è quadraginta; & triginta tria prothyra; omnia tam affabre facta & tam elegantibus figuris inciſa, ut pictor induſtrius vix anni ſpatio cuncta poſſet delineare. Narrat Almacinus in vita *Muaviæ* Califæ, Ziadum nomine Alis Perſidis præfectum Iſtacharæ commoratum, ibique arcem munitiſſimam extruxiſſe.

Ab eadem urbe Schiras verſus ortum, jacet lacus ſalſus circiter octo aut novem milliaria patens in longitudinem, in latitudinem unum, aut paulum ſupra. Sal inſtar nivis candidiſſimus eſt, itaque ſpiſſe quibuſdam locis concretus ut veſtigia ferat, verum quum infra concavus ſit, non eſt illi magnopere credendum, facile enim dehiſcit, cum ſummo ſuperſtantium periculo.

Ad hanc provinciam quoque refertur hodie *Laar* ſive *Lara* ut Portugalli efferunt, à qua urbe ſortiuntur nomen *Laris*, numiſma ex argento abſolutiſſimo, notiſſimum & uſitatiſſimum per to-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

tum Orientem; urbs hæc regni particularis caput fuit, & ſuperioribus annis ab Abbas Rege fuit capta, uti paulo poſt dicemus: anno cIↄ Iↄ XCIII ut narrat Teixera, affixit illam horrendus terræ motus, qui ſupra mille ducenta domicilia proſtravit, plurimaſque ciſternas (quibus ſalus civium conſtat, ſiquidem tantum pluviis aquis utuntur) diſrupit & ſupra tria millia incolarum obruit.

Ad regnum Latæ volunt quondam pertinuiſſe *Bender-Gomrovv*, ubi Luſitani arcem ædificarunt ad ſinum Perſicum, poſtquam Harmuzio fuerant potiti.

Hunc autem locum ita à noſtris inveni deſcriptum. *Gamrou* diſtat ab æquatore verſus arctum ſeptem & viginti gradibus: eſtque municipium ad oram ſinus Perſici ſitum, parens hodie Duci Schiraz Yman-Couly: Portugallis ademtum ab Ali-Reeck ejuſdem Ducis Legato anno cIↄ Iↄc XII. Poſtquam Belgæ noſtri hic appellere & commercia cœperunt exercere, tribus quatuorve annis multo populoſius eſt factum, ita ut jam circiter nongentæ hîc familiæ habitent. Duas habet arces ad latus Meridionale; & verſus Arctum validum propugnaculum ad oram Sinus, pluribus machinis munitum: præſidium Perſarum conſtat ut plu-

ſimum

rimum ducentis peditibus & totidem vel etiam trecentis equitibus ; ſi autem majores copiæ Portugallorum metuantur, tenetur Arabs quidam regulus Seyd-Mahumet ducentos exercitatiſſimos Sclopetarios illis ſubſidio mittere.

A *Gamrou* autem ad Laram agitur iter per ſequentes Caravanſeras, ſive diverſoria ad itinerantium ſolatium comparata, *Randaly*, *Getrii*, *Caubereſtan*, primus hic eſt pagus qui occurrit trans fluvium *Chour* ; dein *Goerebaſergon*, *Ghion* ſive *Baſte Camekoe Gormon* pagum annonæ copia affluentem: *Checkkecheck* ſive *Bahadany Waſſaly* ſive etiam *Baſte Parovv* ; denique *Chergaef*, à quo tranſitur ad oppidum Laram. Quod oppidum à quodam noſtrorum ita accepi deſcriptum. Oppidum Laram ædificatum volunt à Pilaes filio Firoës, poſt cujus deceſſum ſucceſſit Gorgion Melech, vir valde magnanimus, qui ſuper montem, qui oppido à Septentrionibus imminet, amplum & validum caſtellum fecit communiri, & regnum eſt auſpicatus. Hunc ex ordine ſecuti ſunt duo ſupra triginta Reges, quorum poſtremus fuit Ebrahim Chan, quem Xa-Abas anno cIↄ Iↄ c II regno ſpoliavit. Arx à Perſis diruta fuit & alia rurſus excitata commodiore loco, nimirum ſuper montem

qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

qui ab auſtro propius oppido incumbit. In oppido numerantur circiter quatuor millia domorum, planis tectis, cum certis foraminibus inſtar fumariorum. Nullo vallo cinctum eſt, natura tamen loci ſatis munitum, cingitur enim undique aſperis montibus. Incolæ ſunt robuſto corpore; qui potiſſimum agris colendis, & camelis, aſinis, mulis, & omnis generis animalibus paſcendis dant operam; maximam quoque partem inſerviunt mercatoribus, ad merces illorum ultro citroque vectandas. In medio oppido eſt forum rerum venalium, deſuper tectum, ſub quo plures viſuntur officinæ omnibus mercibus & annona omnis generis refertæ. Cingunt oppidum amœniſſimi horti, in quibus plurimæ fructiferæ arbores ſunt conſitæ, imprimis quæ dactylos ferunt. Regitur à præfecto ſive Kady. Arx jam ſita eſt ſuper præruptam petram, ad quam anguſto calle aſcenditur, ita ut vix duo equites uno ordine poſſint incedere, ſupra tamen nonnihil dilatatur: oblonga eſt Arx, & muro è è vivo ſaxo cincta, valde edito, in illa ſunt circiter ducenta domicilia, quinque æneæ machinæ, Hiſpaniarum Regi ademptæ, & centum delecti milites. Ferunt in armamentario arma conſervari quæ tribus millibus inſtruendis ſufficiant.

Duos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Duos tantum habet puteos qui jugiter quidem ſcaturiunt ſed aquam ſubſalſam: unde hic aquam pluvialem excipiunt atque conſervant ſex ciſternis. In oppido quoque nullæ habentur aquæ niſi pluviatiles, quas ſimiliter excipiunt ciſternis, quarum ad quinque millia tam in urbe, quam extra in illius tamen ambitu dicuntur reperiri: & quidem publicas, ita ut cuivis ad eas pateat acceſſus, tecto ſuperius opertæ. Verum & maximum vitium eſt hujus regionis quod tam crebro terræmoribus vexetur, quibus non raro plurimæ ædes proſternuntur.

Quibus in animo eſt Schiraz proficiſci, iis maxime opportunum eſt annonam comparare ad ſeptiduum in oppido, ut iter poſſit abſolvere uſque ad *Gemoed*, licet idem quoque fieri poſſit in vicinis aliquot urbi pagis. Pertendit autem iter ad hunc modum; per *Garom* oppidum diſtans à *Lara* octuaginta milliaribus, quæ ab equis quidem abſolvuntur diebus ſex, à Caffila autem atque Camelis quindecim. Equitibus iter eſt per *Dehakoe*, *Berry*, *Benarou*, *Chahitale*, *Gharom*, *Michgeck*, *Gaffar*, *Mehafera*, *Babbahie*. Caffilæ autem per *Dehakoe* pagum; *Berry* municipium & olim oppidum alicujus pretii, *Veheram*, *Chiahikot*, ad torrentem *Angavvinam*, *Augerin*, *Gerde Betaham*,

taham, Gormoed, Codbavvan, Miggeck, ubi teloneum ſolvitur à mercatoribus; *Payaran* fluvium, *Gaffermeſaferii* & *Babahagien*.

Ioannes Nevvbury Anglus deſignat hoc iter hunc in modum: A Lara ad *Debaccovv*, *Berre*, *Olous*, *Gouen* ubi regnum Laræ deſinit. Hinc ad *Guaarovv* oppidum; ad *Demorder* municipium; ad Mecocal, ad *Cavvger*, ad *Cheſimon Moddafar* diverſorium, ad Covvel municipium; ad *Xyræ*. Intermediis autem intervallis multi reperiuntur lupi: iter agitur à Larad-Xyras verſus Corum & Arctum.

Antequam ad cætera pergo, non poſſum hic omittere Garziæ de Sylva Figuroæ Legati Regis Hiſpaniarum ad Regem Perſiæ obſervationes de *Chilminara*, cujus ſupra feci mentionem.

In univerſo Regno (inquit) vix ulla veſtigia antiquitatis videre eſt, quum omnes ædes è latere non cocto, aut luto inter duos aſſeres coacto ſtructæ ſint, quæ cœnum ferre non poſſunt. Attamen hic ſuperſunt vaſta rudera arcis & Palatii Perſepoleos adeo celebratæ ab antiquis ſcriptoribus: Arabes & Perſæ vocant *Chilminara*, quaſi dicas quadraginta columnas: ita enim appellant altas illas turres, quas Arabes templis ſuis aſtruunt. Rarum hoc orbis monumentum

tum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

tum ſe offert iis qui à Schiraz ad civitatem Hiſpahan proficiſcuntur, circiter leucæ intervallo à fluvio *Bradamir*, qui veteribus dicebatur Araxis (non ille qui Mediam dividit à majore Armenia) cujus Q. Curtius ſæpe meminit, uti & Diodorus & Plutarchus, qui nos ad verum ſitum Perſepoleos veluti manu ducunt. Altitudo, pulchritudo & firmitas harum columnarum apparet è viginti illis quæ hodieque ſuperant, quæ cum reliquarum baſibus omnes in admirationem rapiunt: perſonarum quæ marmoribus paſſim inſculptæ viſuntur amictus, plane conveniunt cum amictu magnificorum Venetorum. tunicæ nimirum ad talos demiſſæ cum latis manicis; & caputia orbicularia, cæſaries ſuper humeros ſparſa & barbæ prolixæ. Quoſdam videre eſt ſedentes cum ſumma majeſtate in ſellis, quales in Eccleſiis noſtris uſurpantur, cum ſcabellis ſub pedibus, palmum altis. Et quod mirum, in omnibus hiſce nulla ſimilitudo ſe prodit veſtium, quas Aſiaticæ gentes aut hodie uſurpant aut olim uſurparunt. Nam licet ab omni antiquitate nulla argumenta promi poſſint, quibus amictus Aſſyriorum, Medorum & Perſarum ita plane deſcribi poſſit, uti proclive eſt facere in veſtibus Latinorum & Græcorum: tamen ſatis conſtat, uſos

fuiſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

fuiſſe veſtibus modice longis, ad Punicum modum, quemadmodum hodieque Turci & Perſæ uſurpant, quas illi quidem *Aliuba*, hi vero *Cavaia* vocant: & capitum involucra colore & forma diſtincta à cidari ſeu regali diademate. In his vero ſculpturis (quæ licet antiquiſſimæ ſint, tamen ita ſunt integræ quaſi nuper factæ fuiſſent) nihil ſimile videtur iis veſtibus quas memoria hominum ſuggerere poteſt: ita ut hoc opus omnem antiquitatem haud dubie ſuperet. Idem confirmat inſcriptio in tabula Iaſpidea, ita nitida & integra ut monſtro ſimilis videatur: hujus characteres neque Chaldæi ſunt nec Hebræi, Græci aut Arabici, aut cujuſquam gentis hodie notæ: Omnes ſunt triangulares, aut pyramidales vel inſtar obeliſci, ita ut tantum diſpoſitione, figura autem neutiquam differant. Quæ architecturæ ſpecies fuerit, Corinthiaca, Ionica an Dorica, ſive mixta è ruderibus, diſcerni nequit; nihilominus admiranda quædam ſymmetria, oculos intuentium mirum in modum afficit. Nihil tamen magis me delectavit quam marmoris & Iaſpidis durities; nam multis locis apparent tabulæ ita nitidæ & exacte politæ ut ſpeculorum inſtar intuentium vultus repræſentent. Meminerunt hujus palatii Arrianus & Iuſti-

Iuſtinus , omnium autem exactiſſimè Diodorus.

Arx univerſa triplici muro cincta fuit, qui jam ævo ceſſerunt : ſepulchra quoque Regum ad latus montis (ad cujus radices Arx jacet) viſuntur eis intervallis, quæ à Diodoro deſcribuntur. Quid multa? ea quæ hic videntur, tam pulchre conveniunt cum iis quæ ille deſcribit, ut errori nullus ſit locus. Præter hæc rudera, nihil tantæ civitatis ſupereſt; præterquam quod mediæ leucæ ſpacio ab Arce alia columna extet, ejuſdem cum cæteris magnitudinis, & aliæ duæ minores paulum ab hac remotæ; in quibus à famulis meis obſervatæ figuræ equorum & virorum vaſtæ molis. Sita autem ſunt rudera hæc in planicie, quam variæ foſſæ è fluvio Ataxe derivatæ dividunt & fœcundant, quæ ad decem leucas in ambitu patet, ita ut tantam urbem alere haud difficulter quiverit, hodie tamen tantum modicum municipium quadringentarum caſarum habet, quod *Margatan* vocant, haud longe diſtans ab arce. Hæc ille.

Sunt præterea in hac provincia Parc vel Fares alia oppida; à Teixera memorantur *Tarom*, *Kazrun*, *Laſtan*, *Staharanon*, *Neriz*, *Pazah & Dar-agnerd*.

Kazrun vel ut alii efferunt Kaſeroen,

ſecundum Nubienſem diſtat ab urbe Faſa LIV mill. paſſ. & à Gioüar, XLVIII mill. paſſ. ab æquatore ſecundum Vlughbeeckium novem & viginti gradibus & quindecim ſcrupulis.

Laſtan, juxta hanc urbem abunde naſcitur aſſa fætida quam Perſæ vocant, Ingu.

Stahabanon cujus indigenæ totum caput piloſum habent, nobilis eſt animalibus illis quæ Bezoar continent. In provincia Parc (inquit Teixera) eſt diſtrictus admodum illuſtris, vocant *Stahabanon* ab oppido ejuſdem nominis, quod diſtat trium dierum itinere à *Lara* cujus ager abundat herba quadam, quæ haud diſſimilis eſt croco quam depaſcuntur maximi greges animalium, in quorum ventriculis inveniuntur lapides, qui bonitate & facultatibus plurimum excellunt: hujus provinciæ incolæ totum caput ſunt pilati, Perſæ vocant *Kachel*. In eadem provincia in vertice montis è petra ſalit quidam liquor, quem Rex Perſiæ per probatæ fidei miniſtros curat colligi: cogitur autem quotannis ad quantitatem triginta meticalium; id eſt quinque unciarum, paulo plus, minuſve. Perſæ vocant hunc liquorem *Momnachy Kony*. id eſt, mumiam pretioſam: ſiquidem

inſtar

inſtar miraculi reſiſtit venenis & nobiliſſimum eſt antidotum, præterquam quod omnibus inteſtinis rupturis medeatur. Rex Perſiæ qui ſolus hoc liquore potitur, eundem ingentis muneris loco, exigua quantitate elargitur regibus & magnatibus ſuis amicis.

Neriz, hujus montana abundant metallis ferri & chalybis longe abſolutiſſimi, è quibus arma aliaque inſtrumenta præſtantiſſima fabricant Perſæ.

Pazah autem quam Nubienſis appellat *Baſam* & *Dar-aguied*, abundat annona & omnis generis fructibus: diſtat autem Faſa ſecundum Nubienſem à Schiraz LX mill. paſſ. à Kazarun LIV mill. paſſ.

Nubienſis his adjungit urbem *Ragian*, perpulchram quæ terminat provinciam Fares & Chureſtan: eſt autem vicina urbibus Siraf & Kazarun atque Giouar.

Itemque *Siraf* urbem quæ adjacet littori maris Perſici, diſtans ab Æquatore novem & viginti gradibus ſecundum Vlughbeekium.

Atque *Sciniz* urbem à mari haud longe diſſitam.

Alii quoque his addunt *Noubergân*, quæ ſecundum Vlughbeeckium diſtat ab æquatore triginta gradibus & decem ſcrupulis.

Et *Firoës-abad*, quæ ſecundum Vlugh-beeckium diſtat ab Æquatore octo & viginti gradibus & decem ſcrupulis.

Arderbaion ſive Adarbigan.

TEixera vocat hanc provinciam *Aderbaion* ſive *Azarbaion*, & dicit maximam eſſe provinciam cujus metropolis hodie ſit *Tabriz*. Regio annona omnis generis egregie abundans & ditiſſima commercia exercens cum Ruſſis, Polonis, Circaſſis, Georgianis aliiſque nationibus: nonnihil hic argenti effoditur, plurimum autem aluminis & rubiæ tinctorum; indigenæ communi nomine appellantur *Calanges*. Quænam provincia hoc nomine cenſeatur (inquit Schikardus) apparet è Geographo Nubienſi; nimirum ea pars Aſſyriæ Septentrionalis, quæ circa urbem Ardæbigaram, ubi fanum ignis fuit, de cujus cultu poſtea dicetur: Hodie in Mediam uſque protenditur, ut contineat etiam *Ardebil* incunabulis Sophinæ ſectæ notam, & metropolim Tabris, quæ pridem erat aula eorundem Sophinorum, antequam ætate patrum veniret in poteſtatem Turcæ. Tebriſium (inquit Leonclavius) nunc *Tauris*, admodum hiſce annis innotuit, etiam vulgo, Turcorum ſtragibus aliquot nobilitatum, inde à Sultani Soleimanis

nis II. temporibus: Qui Ecbatana Mediæ vocant, errare puto; quum Cedrenus eam Taurezium appellans, in Perſarmenia collocet, quam hodieque dicunt majorem Armeniam. In hujus meditullio Tebriſium recte ponit Iovius, ut male Chalcondyles urbem fecit Aſſyriorum, cujus interpres Tabrezen, ut Cedrimanus Tabroſium ſcripſit. Iovii ſententiam hæc Aythoni verba confirmant. In majori Armenia civitas Tauriſii famoſior eſt & plus aliis opulenta. Ptolemei *Tervam* eſſe plerique putant & tranſpoſitis fortaſſe literis *Teure* ſcribetur rectius; Hebræorum Suſam autumat Iovius. hæc ille.

Nobiliſſimus vir Thom. Herbertus armiger Anglus in Itinerario ſuo, inter majora oppida Mediæ nominat *Tyroan* (quam opinor eſſe Prolomæi Tervam) & ſcribit illud ſitum eſſe in ampla planitie, altiſſimis montibus circumdata: ſtructum è lateribus inſolatis; interluitur à fluviolo in duo brachia diviſo, qui irrigat maximam partem hortorum, qui optimos fructus ferunt. Adjacet pulcherrimus Hortus Regis, major ipſo oppido, & terreno vallo ſeptus. Forum habet pulcherrimum. Cœlo gaudet ſereno, licet nonnihil æſtuoſo. Ædes in illo numerantur ad tria millia. Abeſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

à Tauriſio ſeu Ecbatanis itinere quatuor dierum.

Minadous (inquit Schikardus) cum vulgo appellat Tauris & in epiſtola quadam Hiſtoriæ ſuæ della Guerra fra Turchi & Perſiani ſubnexa, duodecim argumentis operoſe contendit, non eſſe neque Tervam ut Iovius ſcripſit, neque Tigranoama uti Niger, ne Tigranocertam quidem, ut alii: Sed Ecbatana ut voluit Ortelius & Ananias. Quas doctiſſimorum hominum opinationes, ego ex hac orthographia veriori, omnes uno ictu diſſipo, & confidenter dico, eſſe omnino illam, quæ lib. VI. cap. 2. Ptolem. vitioſe quidem Γαβρίς appellatur pro Ταβρίς; errore in Græca ſcriptione facillimo. Teixera ſolus eorum quos legerim, exprimit genuinum ſonum urbis. Hæc ille.

Ecbatana (inquit Minadous lib. 8.) hodie Tauris dicta, ad radices montis Orontis qui verſus Septentrionem ei imminet, in majori Armenia ſita eſt, octo dierum itinere à Mari Caſpio: Verſus Meridiem poſita eſt Perſia; Verſus Occidentem ſunt Caſpii montes: ipſa urba ventis, frigori & nivibus expoſita eſt; aëre tamen fruitur ſalubri, abundatque omnibus rebus ad vitam humanam neceſſariis, celeberrimum eſt totius Orien-

tis

tis Emporium, quod merces quæ ex Aſia in Syriam atque Europam, tum quæ ex Occidente in Orientem tranſmittuntur, huc ut plurimum deferri ſoleant. Populoſiſſima eſt, continetque fere ducenta animarum millia: neque vallo neque muro munita eſt, cryptas habet multas ſubterraneas, & ædes pro more regionis è lato & cœno cocto conſtructas.

Vt autem hoc obiter moneam Ptolomæus loco à doctiſſimo Schikardo annotato meminit duarum urbium ſub nomine Gabriz, quarum uni tribuit longitudinem LXXXIII grad. latitudinem XLI & XV ſcrup. alteri ſecundùm Græcum exemplar à Bertio editum LXXXIV & 30 ſcrup. latitudinem XL. Secundùm Latinam vero editionem longitudinem LXXXVII. 40 minut. latitud. XL & 20 minut. Medium montis Orontis longitud. in Græco quidem LXXXV, in Latino LXXXVIII & 30 ſcrup. latitudo in utroque XXXVIII. Porro Ecbatana longit. LXXXVIII latitudo XXXVII. in Græco pariter & Latino.

Vlugbeeckius autem & alii Arabes tribuunt Tauri long. 82, latitudinem 38. numerant autem longitudinem ab extremo Africæ littore.

Abulfeda denique dat illi longitudinem 73. 8. latitudinem 39. 10.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Plura inveniet lector de hac nobiliſſima civitate in variis Itinerariis quæ ſubjunximus, præſertim in Cartwrighti qui accuratè illam deſcripſit.

Meminit quoque illius Marcus Paulus Venetus, ſed vocat provinciam in qua ſita eſt Hirach.

Quomodo autem Xa-Abas hanc urbem, aliquandiu à Turcis poſſeſſam, ipſis eripuerit, luculenter narrat *Petrus della Valle.* Diligentia (inquit) quæ una eſt è præcipuis virtutibus ſummi ducis, huic Regi perfamiliaris eſt; nullam enim occaſionem facile omittit, quæ rebus ipſius conducat, ſed illam arripit, & perſequitur incredibili celeritate, quod in Tebriſio recipiendo vel maxime patuit; nam quum ipſi conſtaret Baſſam Turcorum cum maxima copiarum parte abeſſe & alio profectum ut populos vicinos, qui rebellaverant, ad officium reduceret; & *Spahan* urbe, quæ circiter viginti dierum itinere abeſt à Tebriſio, paucioribus quam decem diebus, uti accepi, ad illud advolavit, cum minori copiarum parte quum reliqua tam celeriter illum ſequi nequiret, licet vel maxime properarent. Addidit & celeritati egregium ſtratagema militare: nam quum cum paucis admodum ſuorum ad urbem acceſſiſſet, & famam adventus ſui tanta celeritate præveniſ-

veniſſet, finxit ſe mercatorem eſſe & caput magnæ Caravanæ, quæ lento paſſu illum ſequeretur, ita ut ab oppidanis qui merces admodum deſiderabant, neque quod res erat ullatenus ſuſpicabantur, facile admitteretur: Subſiſtit autem ad oppidi ingreſſum, ſuos uti videri volebat, expectans; verum quum jam plures copiæ adveniſſent, paucis Turcis occiſis, nullo pene negotio, urbe potitur, præter caſtellum à Turcis urbi impoſitum. Dein nulla mora interpoſita, antequam captæ urbis fama divulgaretur, maximas copias dimittit contra Baſſam jam redeuntem, & eorum quæ geſta erant penitus ignarum, eumque ex inſidiis aggreſſus cædit & vivum capit: captumque muneribus & promiſſis ita delinivit, ut fide mutata, ſe ipſi adjungeret, & filio quem in arce cum præſidio reliquerat, perſuaderet arcem Regi dedere.

Teixera ſecundo loco huic provinciæ tribuit oppidum *Xyrvan* vel *Schirvvan* vel etiam *Sirvanum*: ea urbs (ut ſcribit Leonclavius) communi nomine cum provincia ſic appellatur, eſtque Mediæ metropolis capta à Turca anno cIɔ Iɔ LXXVIII. ſed mox à Perſa recuperata & muris nudata, ne hoſtibus amplius receptum daret. Regio autem Schiruvan vel Sirvan haud dubio (inquit idem) illa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

eſt quam Priſci dixere Mediam, poſteriores autem Vaaſpracan, ut apud Cedrinum in Conſtantino Monomacho legimus; id regnum licet Muſtaphas Vezir anno cIↄ Iↄ LXXVIII. Oſmanidis ſubjecit, mox tamen à Perſis fuit receptum & ab iiſdem hodieque retinetur.

Narrat mercator quidam Venetus apud Ramuſium: Servan provinciam à *Maumutaga* ad *Derbent* patere ſeptem dierum itinere, & continere tria magna oppida, & totidem perampla caſtella; præcipuum autem oppidum eſſe Sumachiam, quæ diſtat unius diei itinere à mari Caſpio; reliqua duo ad oram maris ſita eſſe Manmutagam & Derbent. De Sumachia autem ſive Schamachia & Derbent plura inveniet lector in parte ſecunda, in variorum Itinerariis. E quibus tamen hoc notandum, Ienkinſonium & alios ſcribere Samachiam diſtare à mari Caſpio ſeptidui itinere cum camelis, habitari autem potiſſimum ab Armeniis & jam ruinas agere cœpiſſe anno cIↄ Iↄ LXII. quum ille ibidem eſſet; à Chriſtophoro autem Burrough Anglo obſervatum invenio Derbent diſtare ab æquatore verſus Arctum uno & quadraginta gradibus & quinquaginta ſcrupulis, à Scamachia autem quinque & quadraginta leucis. Vlughbeckius autem & alii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

alii Arabes obſervant *Schiamachi* longitudinem quidem LXXXIV & 30 ſcrup. latitudinem XL & 50 ſcrupul.

Ienkinſonius porro agnoſcit in Schirvan oppidum *Schabran* ſecus mare Caſpium: quod mercator ille Venetus apud Ramuſium vocat *Sabran* & nullo muro tum fuiſſe cinctam teſtatur.

Ad Sirvan pertinet quoque ſecundum Leonclavium oppidum *Van* ſive *Wan*, quod cum arce ſic ad Perſici regni limites (inquit) pertinet ut etiam majori ſit finitimum Armeniæ: ab eo vicina Regio etiam *Waſtan* dicitur. Vide omnino quæ Cartwrightus de hoc oppido & vicina Regione ſcribit in ſuo Itinerario.

Teixera, ut ad illum revertamur, ponit porro inter oppida Hadarbigan, *Nak-Xaon* quam Arabes vocant *Nahziovan*, & Vlughbeeckius aſſignat illi longitudinem LXXXI grad. & 15. ſcrupul. latitudinem XXXVIII grad. & 40 ſcrup. Non invenio à quoquam hujus oppidi mentionem fieri præterquam à Ioanne Newberye Anglo, qui in Itinerario, quod in ſecunda parte adjungimus, ubi vocat *Naxnan* ſive *Naſsinan*: ſed an hoc idem ſit nonnihil hæreo.

Addit deinceps *Hordabat* de quo nihil hactenus inveni.

Et *Ardavel* ſive *Ardevil*; civitas eſt ſin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

(inquit Teixera) Aderbaion, paucorum dierum itinere à *Tabriz*, non tam grandis quam celebris, ob natales Xeque Aydar patris Scah Iſmael Suphy qui Perſis imperavit. Antonius Ienkinſonius Anglus obſervat ſitam eſſe triginta octo gradibus ab æquatore verſus Arctum, & principes Perſiæ hic ſepeliri conſueviſſe. Vide & Itinerarium Cartwrighti. Ab Vlughbeeckio Arabe ponitur ad longitudinem quidem LXXXII. 30. latitudinem autem XXXVIII graduum; vel ſecundum alios Arabes XXXVII & 30. minutorum. Ab aliis obſervatum invenio, diſtare bidui itinere à Soltania, quatridui à Caſbin: à Tabriz quatridui item itinere verſus ortum.

Nubienſis vocat *Ardabil* & hæc itinera prodit; A *Daynur* ad *Maragam* indeque ad *Ardabil*: à Daynur ad Cheiaregian XXVII mill. paſſ. ad Tal-Var XVIII. ad Saiſar XXI. ad Andareb XII. ad Bailacan XV. Si igitur ad Ardabil ire cupias, perges à Bailacan ad Borzam, quæ eſt terra Armeniæ, XVIII mill. paſſ. ad Saber-Chaſt oppidum XXIV mill. paſſ. hinc ad Maragam XXI. ad Charcan XXXIII. ad Tabuz XXVII. ad Nariz XXX mill. paſſ. ad Chan. XII. ad *Chovvareſt* III; ad Kavaſer XXX: ad Iama XV. demum ad Ardabil, Ita ut à Tabriz ad Ar-

dabil

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

[Ard]abil colligantur ſupra nonaginta millia [p]aſſ. Idem prodit diſtantiam ab Ardabil [a]d *Mucan* ſitam ad oram maris Caſpii [i]ter bidui.

Addit denique Teixera *Halkhan* oppidum de quo nihil inveni.

Alii & præſertim Arabes adhuc plu[r]es urbes intra limiteis Aderbigiân concludunt: nimirum *Selmâs*, Nubienſi *Salmâs*; de terra inquit Armeniæ: Salamas urbs eſt à ſtagno Kannudhan remota; ſtagnum vero iſtud ſalſum eſt caretque omni animantium & piſcium genere. Diſtat idem ſtagnum à Dachercan XII mill. paſſ. habetque in longitudine ſtationes quatuor, inter Septentrionem & meridiem; ejus autem latitudo protenditur inter Maragham & Armeniã ſpacio fere LX mill. paſſ. hyberno tempore maximę excitantur in eo procellæ, adeo ut cymbę naufragium patiantur.

Chouvvy ſive *Choy* oppidum, quod Vlughbeeckius & alii Arabes collocant ad longitudinem LXXIX grad. & 40 ſcrupul. latitudinem autem XXXVII grad. & 40. ſcrupul. meminerunt illius itineraria in parte ſecunda; paginis 198: 207. & 219. Putant veteribus dictam *Artaxata*; & diſtare à Tauriſio octuaginta milliaribus Aſiaticis vel Romanis.

Ourmiâ, Vlughbeeckio ad longitudinem

dinem LXXIX grad. 45 ſcrupul. latitudinem autem XXXVII. de quo oppido nihil inveni.

Merend; Vlughbeeckio ad longitudinem LXXX grad. & 55 ſcrupul. latitudinem XXXV grad. & 20 ſcrupul. cujus mentio fit in Itinerariis pag. 219. diſtat unius diei itinere à *Sophian* & pari diſtantia à *Iolfa.*

Maraga Vlughbeeckio ad longitudidem quidem LXXXII grad. latitudinem vero XXXVII & 20 ſcrupul. meminit autem Haytho Armenius oppidi *Margæ*, juxta quam Perſæ a Saracenis ingenti ſtrage cæſi fuiſſe commemorantur. Eam (inquit Schikardus) ſcribit Reineccius ad marginem, eſſe Thelbencanen, Babyloniæ ſcilicet urbem, ſeductus procuIdubio à Munſtero, qui hoc idem prior ad lib. 5. cap. 20 Ptol. annotarat. Sed nos interpretemur Haythonem ex ſeipſo qui paulo anterius c. 11. dixerat, regionem Chaldæorum terminari ex parte Septentrionis, urbe *Maraga*. Fuerit ergo illa in confinio Aſſyriæ. Verum multo præciſius definitur illius ſitus ab Arabe Geographo, quod locetur circa ruinas veteris Ninives, ac ſit nunc quidem tantum pagus, ſed ingens. Vide omnino Nubienſem ex editione Gabrielis Sionitæ paginis 206 & 207.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Serier vel *Seriâr* Vlughbeeckio ad longitudinem LXXXII. latitudinẽ XXXIII. de quo nihil mihi præterea occurrit.

Gueylon ſive Gueylan.

GVeylan (inquit Teixera) ampliſſima eſt provincia quæ plurima & maxima oppida complectitur, potiſſimam partem ſecundum oras Caſpii maris ſita, unde & mare illud agnomen ab illa ſortitur, Perſiſque inde *Daryah Gueylany* appellatur: undæ hujus maris ſalſæ ſunt, licet nuſquam quicquam commune habeat cum oceano: Forma illius pene eſt ovalis: tribuunt autem illi longitudinem trecentarum farſangarum, id eſt novies mille paſſuum: undoſum eſt & validis tempeſtatibus admodum obnoxium, navigaturque grandibus navigiis, ſed quibus fere plani ſunt alvei, quia pluribus vadis variis locis eſt inquinatum; portus aperit variis regnis, commerciis Orientis ſupra modum opportunos; qualis eſt Kefah ſive Caffa portus & oppidum, nec non inſigne emporium Tatarorum; & quia fluvius qui Aſtracan prælabitur in hoc mare ſeſe exonerat, (quod oppidum jam magno Ruſſiæ duci paret) per illum plurima commercia in hoc mari inferuntur. Vide omnino duo Itineraria Anglorum in ſecunda parte.

Hanc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Hanc provinciam Antonius Sherleius Anglus nobis deſcribit ad hunc modum; Geylan provincia dividitur à Perſia vaſtis & nemoroſis montibus, (quibus Perſia ut plurimum caret, raros habens montes & rariores ſylvas, magnamque lignorum inopiam, præterquam quæ horti & fruticeta ſubminiſtrant) qui non tam valles, quam rupturas quaſdam ſive anguſtias aperiunt, quæ pluviis menſibus, aut quum nix, quæ admodum alta verticibus montium incumbit, liquatur, crebris torrentibus fere inviæ redduntur. Ab oriente vel potius aquilone Mari Caſpio concluditur: inter utraque autem, mare nimirum & montes quos diximus, vaſta planicies ſternitur, tanta incolarum frequentia culta, tamque incredibili ſerici, oryzæ, frumentique copia referta; ut natura cum induſtria incolarum certaſſe videatur, utra frequentiorem aut opulentiorem hanc provinciam faceret; nulla enim pene agrorum portio à cultura vacat; ipſique montes, qui fere petroſi ſunt qua Casbinum reſpiciunt, tam læto gramine ſunt veſtiti, & tam numeroſos alunt pecudum greges, ut etiam vicinis omnibus abunde de commeatu proſpiciant.

Teixera porro ſcribit hanc provinciam diviſam eſſe in quinque præfecturas,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

[…]as, quarum Metropoles enumerat hoc [o]rdine.

Raxt cui anno cIↄ Iↄ xcv quum Tei[x]era illa ſcriberet, præerat Ianixed Khan.

Laion: in qua etiam ſita eſt famoſa civitas *Delmon* ſive *Delimon*, vel etiam *Delon*, à qua aliquando tota provincia [d]enominatur: cui tum præerat Khan Hamet.

Gaxkar cui illo anno præerat Syanex [p]rinceps magni nominis.

Langarkanon cui tum præerat Amir [A]niza Khan vir fortiſſimus.

Kudam denique cui tum præerat Komron Mirza.

Ioannes autem de Perſia vocat Metropolim provinciæ Guilan *Hichan*, eique attribuit ſeptuaginta millia oppida[n]orum.

Sequuntur ad eandem oram maris [C]aſpii ſecundum eundem Teixeram.

Mazandaron provincia & urbs à [G]ueilon verſus ortum ſita; (Thom. [H]erbertus opinatur hanc eſſe antiquam [H]yrcaniam.) oppidani ſunt robuſto cor[p]ore atque bellicoſi. Ioannes de Perſia [ſ]cribit provinciam *Mazandaran* patere [i]n longitudinem quinquaginta leucas, & [v]iginti quinque oppida continere, quo[r]um caput ſit Mazandaron, quod quin[q]uaginta millia civium numerat: pro-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

incia eſt montenſis & frigida, ita
t fructus hic raro ad maturitatem per-
eniant.
Vtuntur autem provinciales Mazan-
aran & fere reliqui accolæ maris Ca-
ii amictu à cæteris Perſis multum di-
erſo, quem in adjuncta tabella prout
cceperamus exprimi curavimus.
Adjungit præterea Teixera *Strabat*:
oannes de Perſia vocat *Eſtrabat*, dicit-
ue circiter ſexaginta leucas per tranſ-
erſum patere hanc provinciam; ejuſ-
ue Metropolin Eſtrabat ſupra quin-
uaginta millia incolarum numerare.
oſephus barbarus videtur vocare *Stra-
am*; vide illius Itinerarium in parte
cunda.
Adjungit deinde Teixera *Boſtan* &
abzabah, de quibus nihil adhuc obſer-
avimus.
Denique *Nyxabur*, provincia Perſæ
ubjecta inter Karaſon & Vzbec ſive
Tartariam; ampliſſima quidem, ſed
lena deſertis, & arenoſis locis, quæ
ontinuo moveri & veluti ebullire tra-
unt. Nubienſis in ſeptima parte Cli-
atis tertii ſcribit; ex urbibus Naiſabur
t *Barſin* urbs frequens atque populo-
, diſtans à Naiſabur ſtationibus qua-
uor.
In hac provincia repetiuntur gemmæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

illæ cyaneæ, quas vulgo appellant Turquoſias, quia hæc provincia fines jungit cum *Turqueſtan*.

Sunt & alia hic oppida (inquit Teixera) quæ quondam capita fuerunt ſingulorum Regnorum, quæ Perſarum Imperatores in provincias redegerunt: quæ ſingula oppida admodum ſunt populoſa.

Angli Mercatores qui ſæpius tentarunt, ſerici & aliarum mercium Perſicarum commercium, per Ruſſiam & flumen Volgam, inſtituere, ut videre eſt ex aliquot Itinerariis, quæ in ſecunda parte hujus commentarii adjunximus; idem rurſus ſunt aggreſſi anno cIↄ Iↄ c XVIII & ſequentibus, quemadmodum didici ex epiſtola Ægidii Hobs, quam Purchaſius laborioſo ſuo operi inſeruit. E qua obſervandum, facillimam eſſe viam è provincia Gueylan, quæ & ſerico abundat, & ad mare Caſpium opportuniſſimo loco ſita eſt. Nam ut ille ſcribit, ex flumine Volga Guilanorum navibus appellitur ad portum quendam, quem vocant *Leygoints*, qui tantum una leuca diſtat à *Lagion* ſive *Laion* ut vocat Teixera, & ſeptem à *Reſht* ſive *Raxt* ut Teixera effert: à quibus tantum ſedecim dierum iter eſt ad *Spahan*.

Idem

Idem memorat, provinciæ Geilan loca maxime illuſtria *Reſht*, *Peomin*, *Shoſt* & *Leygon*, ad ſummum à maris Caſpii portubus diſtare octo leucis. In *Mazandaron* autem, admodum nuper ſericum excoli cœpiſſe, etiam magnam copiam ibidem colligi, non minus opportuno ad tranſportandum loco.

Choraſan ſive Karaſon.

HAnc provinciam (inquit Teixera) vocant Luſitani *Corazon* ſive *Coraſonen*; eſt autem una è famoſiſſimis & maxime illuſtribus provinciis Perſiæ ſive amplitudinem illius ſpectes ſive opulentiam.

Schikardus in Tarich; Non poſſum (inquit) quin iterum aliquot Geographorum errores ex Arabiſmo detegam. Plerique agnoſcunt unicam *Choraſan*, aliqui ſcribunt *Oraſan*, alii diſtinguunt inter minorem & majorem, omnes vero errant enormiter in ſitu. Sic igitur habendum: eſſe tres omnino regiones, cognati ſoni nominibus inſignitas, quæ ab ignaris eodem fere modo ſcribuntur, quum tamen diſtinctiſſimæ ſint, neque confundi debeant. Prima eſt Occidentalior cæteris Kohaſan finitima deſerto magno, quæ cadit in Sectionem VII Climatis quartam, & Nubienſi commemo-

ratur fol. 241. Ejus aliam mentionem inter Latinos non inveni hactenus, niſi quod Petrus devineis lib. 1. Epiſtol. cap. 28. Goheſminos nominat, quos hujus terræ indigenas putarim. Altera eſt *Chorasan* præſentis hiſtoriæ, quam Turkemani auxiliares inſederant. Ea reſpondet fere veterum *Ariæ* & rigatur flumine *Habin*, cujus præcipuæ urbes ſunt Meſchad ubi ſepulchra Regum: Herah id eſt Aria Ptolemæi lib. 6. c. 17. ubi nobiliſſima manna colligitur; *Thun* ubi ſericum copioſe provenit, &c. Tertia vocatur *Chovvarazan* prioribus Orientalior quia cadit in octavam Sectionem Climatis quarti, juxta Occidentalem ripam fluvii *Gichon*, nec habet (ut ait Nubienſis) in eis partibus, ultra flumen illud, aliquam habitationem ſibi vicinam, ut bene conveniat cum Coraſminorum regno, quod Haytho deſcribit capite IV. dicens finitimum eſſe deſerto magno, centum diœtas longo. Terram alioquin fertilem, ac frumenti feraciſſimam. Sed eandem extendit altrinſecus ad mare Caſpium uſque quod neſcio an concedat Ptolemeus qui lib. 6. cap. 12. Χωρασμίους locat ad Oxum in regione Sogdianorum.

Porro Teixera Metropolim hujus provinciæ, vocat *Mexat*: & ſcribit eſſe civitatem amplam & populoſam, in qua

qua Reges Perſiæ poſt Scachum Iſmaë-lem Suphy ſepulti viſuntur: valido mu-ro in ambitu cincta eſt, in quo extant trecentæ turres ad bombardæ jactum à ſe invicem diſiunctæ. Ager illius fertilis eſt & annonæ omnis generis feraciſſimus; indigenæ formoſi juxta atque bellicoſi. Inter hanc provinciam & Turon ſive Turqueſtan itemque Vzbeck labitur fa-moſus fluvius *Iehun*, unde regiones trans illum Perſis dicuntur *Maurenahar*, quaſi transfluviales verſus arctum.

Præter hanc habet *Thun* magnum op-pidum & ſericorum pannorum textura imprimis nobile.

Item *Tabas* ſive *Thabs*; notandum au-tem Arabes & imprimis Vlughbeeckium magni Teyrmulanis nepotem, duo op-pida hoc nomine recenſere, diverſis agnominibus, quorum unum vocat *Thabs gilac* ad longitudinem XCII gra-duum, ad latitudinem XXXV. Alterum *Thabs meſsina* ad longitudinem quidem XCIV grad. & 15 ſcrupul. ad latitudinem vero XXXIII grad. & 15 ſcrupulo-rum.

Addit deinceps *Kahem*, oppidum croci cultura notiſſimum. Dubito au-tem an idem ſit quod à Vlughbeeckio vocatur *Kâyin*, & collocatur ad longi-tudinem quidem XCIII graduum & 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

ſcrupul. ad latitudinem vero XXXIII grad. & 40 ſcrupulorum.

Tum adjungit Teixera *Hrey*, civitatem quondam principalem regni ejuſdem nominis, Schikardus in Tarich, agens de Iſraëlitis olim in ulterioris Perſiæ regiones deportatos: Ego autem (inquit) ulterius, ad Paropaniſum uſque deportatos eſſe ſtatuo, quia textus 1. Par. VI. verſ. ult expreſſe *Hara* meminit quæ omnino videtur Aria regio, ſic à Metropoli quondam dicta (nunc *Eri* vel *Hrey*) maxime quoniam & cæteræ appellationes propinquis locis congruunt, ut montis *Niſebon*, de quo Rabbi Benjamin, cum urbe montana Niſibi, apud Ptolem. lib. VI. cap. 17. & Marcellin. lib. XXIII. cap. XI. Ita *Gozan* cum *Gauzaná* & *Chabor* cum *Caburâ*: prout in antiqua Ptolemæi tabula, editionis Romanæ legitur; quamvis vulgo Γάζακα ſcribatur pro Γάζανα eodem lib. cap. 18. & Κάρουρα pro Κάβουρα, quæ nunc eſt Kabul. Ita fluvius *Gozan* erit *Oxus* inde ſcaturiens. Sed ipſum Benjaminum audiamus. Inde (à finibus Perſiæ) inquit, iter eſt viginti octo dierum ad montes *Niſebon* qui ſunt juxta flumen *Gozan*. Iſraëlitæ qui veniunt inde in Perſiam, ajunt ibidem in urbibus *Niſebor*, ſupereſſe quatuor tribus, nimirum

Dan,

Dan, Zabulon, Aſer & Napthali captivitatis primæ, quos illuc deportarit Salmanaſſer Aſſyrius; ut ſcriptum eſt 2. Reg. cap. 17. verſ. 6. abduxit eos in Lachlach & Ghabor, montes Gozan monteſque Madai (*ex authentico textu cum* 1. Paralip. 6. verſ. 26. *collato apparet literam Lamed eſſe ſervilem & legendum Chelach*; nec montes, ſed flumen *Gozan & Vrbes Madai*) Ambitus regionis illius eſt xx dierum; tenentque urbes & caſtella in montanis, quæ ex uno latere alluit fluvius *Gozan*. Nec illis incumbit jugum gentium, ſed habent præfectum ſuper ſe, nomine R. Ioſeph Amarkela Levitam (*tempore authoris ante quadringentos annos*) & ſunt inter eos ſtudioſi ſapientiæ. Seminant quoque & metunt, imo proficiſcuntur in bellum ad regionem *Cuſch* (*non Æthiopiam ut vulgus exponit, ſed Cuthæorum terram, circa flumen Cuth; unde novi olim Samariæ coloni prodibant.* Ioſeph. lib. 9. antiquit. cap. 14.) per vim deſerti. Fœdere junguntur cum paganis Turcis (*non hodiernis Natoliæ, ſed ſibi finitimis, provinciæ Turkeſtan incolis*) qui ſerviunt ſpiritibus (*dæmones colunt*) & caſtrametantur in Eremis: gente quæ non edit panem nec bibit vinum, ſed veſcitur carne cruda, etiam immundorum animalium;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

quæque lato prædita vultu, torvum videt, loco naſi duo parvula foramina ſive ſpiracula oſtentans, &c. Sed ad urbem Hery regrediamur. Quam Teixera dicit plurimum celebrari tum propter amplitudinem ſuam; (ſcribit enim Ioannes de Perſia, illam circiter ſex leucas ambitu ſuo complecti & ſupra centum millia civium alere:) tum propter res maximi precii quæ ager illius producit: inter quas potiſſimum memoratur Manna ſummæ perfectionis & bonitatis; Perſæ vocant *Xir-queſt*, quaſi dicas liquorem arboris *Queſt*. Reperitur in pluribus aliis Perſiæ provinciis alia ſpecies Mannæ, *Torianabin* dicta, valde ſimilis ſemini Coriandri, quæ adnaſcitur certis herbis ſilveſtribus inſtar carduorum: hæc admodum delicata eſt & ſecura; quare Perſæ vulgo illam exhibent infantibus & fœminis, quæ uterum gerunt duplice quantitate, atque illam qua vulgo utimur. Lambit muros hujus urbis fluvius *Habin*.

Subjungit deinceps Teixera *Marvvo* vel *Marvve*; quam & Vlughbeeckius agnoſcit & collocat ad longitudinem quidem XCVII graduum; latitudinem autem XXXVII graduum & 40 ſcrupulorum.

Et *Herát* vel ut Vlughbeeckius vocat

Hiraat

Hiraet ad longitudinem XCIV grad. & 20 ſcrupul. latitudinem autem XXXIV grad. 30 ſcrupul.

Triennio poſt (inquit Schikardus in Tarich) ſcilicet anno Hegitæ XXVII ab eodem Othmano miſſus eſt novus exercitus in orientaliora Perſiæ loca duce Abdalla filio Amer, qui Choraſan penitus expugnaret. Licet enim pars ejus citerior, quam Turkimani hoſpites inſederant, jam pridem dedita fuerat; ulteriores tamen ipſa longinquitate locorum hactenus tuti, libertatem adhuc ſervabant. Promiſerat autem Othmanus ei, qui tam remotas regiones primus adoriretur, illius provinciæ adminiſtrationem: ut hac veluti eſca militem ad longam expeditionem promtius obeundam alliceret. Votum ergo fecit Abdalla, idque juramento firmavit, prius non reverſurum ſeſe, quam potaſſet è fluvio qui urbem Balach præterlabitur Marco Polo Veneto memoratam lib. I. cap. 31. cui Abulpheda Tengnaly tribuit longitudinem XCI grad. & latitudinem XXXVI. Suſceptis ergo itineribus, quum appuliſſent, expugnavit magna ſtrenuitate præcipuas Choraſanæ urbes *Herah* & *Niſabur* & *Tus* (quæ duo loca in Abulphedæ numeris coincidunt, ad longitudinem LXXXII & latitudinem XXXVI graduum,

unde

unde mendum arguitur) & *Buſchang* & *Abraim* & *Talikan* & *Marvva* & *Sarchas*. Omnes magnas, divites & populoſas, manna fere, ſerico, aut aliis mercibus exoticis nobilitatas. Hæc ille de Herah & Marvva jam diximus.

Almacinus in Hiſtoria Saracenica lib. I. cap. 4. Choraſanæ provinciæ oppida enumerat iſta *Naiſaburum*, *Haratam*, *Buſiengiam*, *Tuſam*, *Abrimam*, *Marvvarrudam*, *Talacanum*, *Tochariſtanam*, *Sarachſam*, &c.

Niſabur collocatur ab Vlughbeekio ad longitudinem XCII graduum; latitudinem autem XXXVII graduum: Almacinus ſcribit à Muſlimis captam anno Chriſti 647.

Tus collocatur ab Vlughbeekio ad longitudinem XCII grad. & 30 ſcrupulorum, ad latitudinem autem XXXVII. Vnde proclive fuerit errorem qui in Abulfedæ numeris deprehenditur corrigere. Ex hoc oppido ortus fuit Nazaraddinus celebris mathematicus & Euclidis commentator, qui Muſtaëzamum poſtremum Calipham Bagdadenſem imperio exuit. Alias tamen (inquit Schikardus) cornutos appellat etiam Arabica lingua, illos uxorum ſuarum lenones qui filios adulterinos educant pro genuinis. Quo pertinet amarus ille jocus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

cus *Muſtaëzimi*, poſtremi Caliphæ Bagdadenſis, qui Nazaraddino, librum offerenti, vitium id veluti patrium objecit; in Iuchas fol. 153. a. audivi Tuſæos (populares tuos, indigenas terræ Choraſan) habere cornua: ubinam tua ſunt? alludens ad inhoneſtum illum lenocinandi morem, quo mariti advenis viatoribus, uxores locabant ſub ſpecie hoſpitalitatis ut M. Paulus Venetus de provincia Camul refert.

De *Tochariſtana*, cujus Almacinus ſupra facit mentionem; ita Schikardus. Penetrarunt etiam armis victricibus uſque ad extremam *Tochariſtaniam*, regionem τῶν Τοχάρων, ut eos Pachymerius appellat.

Marvvarudam autem, cujus Almacinus ſupra meminit, collocat Vlughbeeckius ad longitudinem XCVII grad. latitudinem autem XXXVI grad. & 30 ſcrup.

Thalekân, quod oppidum alii referunt ad prouinciam *Dilemon*; ponitur ab Vlughbeeckio ad longitudinem LXXXV graduum 45 ſcrupul. & latitudinem XXXVI & 10 ſcrupulorum; ab aliis ad longitudinem LXXXII. grad. 50 ſcrupul. latitudinem XXXVII graduum & 25 ſcrupulor. quæ plurimum differunt.

Porro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Porro *Talekan* (inquit Nubienſis in octava parte Climatis Tertii) eſt urbs magna quaſi urbs *Maru-Alrudh*, appoſita ad radices montis cujuſdam attingentis montes *Horcan*: diſtatque illa à Maru-Alrudh ſeptuaginta duobus milliaribus.

A *Thalecan* ad urbem *Fariab* habentur LX mill. paſſ. Eſt autem urbs *Fariab* ſub ditione Churegian, minor quam ſit ipſa Talekan & diſtans ab ea duabus grandibus ſtationibus, verſus plagam Occidentalem; ab hac ad Aſturcan, verſus Orientem habentur LIV mill. paſſ. pertinet autem Aſturcan ad Churegian: Churegian vero nomen eſt plagæ non urbis. Inter Aſturcam & Balch interſunt LIV mill. paſſ. de Balch poſtea dicemus.

Ad hanc quoque provinciam referunt *Pharganam*, cujus meminit Elmacinus, & Nubienſis, qui illud locat intra quartum Clima, parte nona ejuſdem Climatis; ibi viam à Samarcanda ad illam ducentem tradit. Memoratur quoque à ſuo cive Achmedo f. Achmedi (qui vulgo depravatè, ut obſervat Schikardus, Mahommet Alfraganus audit) cap. 9. ad idem Clima quartum & regionem Choraſan: cui non tantum ut indigenæ loci, ſed & mathematico

quon-

uondam excellentiſſimo , plena fides
nerito eſt adhibenda. Quia igitur cap.8.
ræcedenti , illud Clima terminat ad
xxix. grad. ideo impoſſibile credo ut ea
rbs in latitudine habeat xlii grad. quot
i tribuit Abulphedai, ſed numerum cor-
uptum eſſe; adeoque hanc civitatem tri-
us minimum gradibus eſſe Auſtralio-
em. Hæc ille.

Kermon.

KErmon (inquit Teixera) provincia
inter Parthiam & Karazonen me-
ia , inter prima cenſetur Regni Per-
iæ , tam amplitudine , quam variarum
c multarum rerum proventu , quæ
naximi in Oriente fiunt: quales ſunt;
Aqua roſacea , quam in regno Perſiæ
abent duorum generum ; alia enim fit
er infuſionem , hanc ſua lingua vocant
Gul-Ab : alia fit per extractionem &
lembycum , quam appellant *Areka-
Gul*, quaſi dicas ſudorem roſatum. Prior
lla per infuſionem in hac provincia ma-
imè uſurpatur.

Item aulæa ſive ſtragula , quæ à Perſis
ppellantur *Kalichey* , à Luſitanis au-
tem *Alcatifæ* ; quæ quidem in Ieſd ſive
Yaſd pretioſiſſima & perfectiſſima texun-
ur ; in hac autem provincia ſecundæ
notæ.

Tertio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Tertio *Tutia* ſive ut Perſæ vocan *Tutyah*, quæ ſolummodo in hac provincia reperitur, unico monte, qui diſtat à Metropoli hujus provinciæ duodecim farſangis. Hanc ſcribit Teixera fieri e gleba hujus montis, aqua mixta, & in vaſis argillaceis in furnis excoctà; effuſà enim aqua poſtquam ebulliverit, Tutiam hanc vaſis adhærere & reprehendit Garſiam ab Horto, qui è cineribus arboris Gaon conflari tradit. Fert præterea hæc provincia præſtantiſſimum & laudatiſſimum cuminum ſive ut Teixera ſcribit herbam contra lumbricos inteſtinales, quæ à Portugallis vocatur *Lombriquera*. Perſæ appellant ſua lingua *Dram nah Kermony*, id eſt, medicinam è provincia Kermon, aut adverſus lumbricos; ambigua eſt enim vox Kermon apud Perſas, tam lumbricos quam provinciam hanc denotans; in quem finem adducit Rythmum poëtæ cujuſdam Perſæ, quem vocant Cojam Iafez ſive Iafet; qui ludens vocis hujus homonymia, fingit principem quendam iter facientem, cui ad aures accidit vox quædam ipſum compellans ſuo nomine; ille autem converſus vidit tantum cranium humanum humi projectum; quum illud interrogaſſet, quinam eſſet & unde ipſum noſſet, reſpondit cranium, ſcias me aliquando homi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

em fuiſſe & coronam geſtaſſe uti tu, ubjugaveram autem plurimas provinias, & ſola ſupererat Kermon, quam uum & ſubjugare pararem, ſubito ab pſa ſuperatus fui & devoratus à Kernon, itaque à me exemplum capias, tibi uod uſui fiat.

Eadem provincia producit lapidem uendam nigrum & tranſparentem & igris punctulis veluti arenulis reſperim: duæ autem hujus lapidis reperiunur ſpecies; una quæ petitur ex provinciis ermon & Karaſon quæ optima eſt & naximi pretii: altera vilior quam Perſæ ocant *Moky*; quia petitur à Meka ſive Mocha ad mare Rubrum ſita. Vocant unc lapidem ſive gemmam *Surmah:* tunturque eo Arabes, Perſæ & Indi ad ffectus oculorum, quibus egregie medeir, cum aliis ſimplicibus præparatus: emque ad ornatum, tam mares quam eminæ, infucando oculos ut pulchrioes videantur: amant enim Perſæ oculos igros, quales fere habent fœminæ Percæ. Teixera opinatur Ieſabelem hoc uco uſam fuiſſe quum ex feneſtra pro iceret.

Metropolis hujus provinciæ (inquit eixera) eſt *Kermon*, præter quam & ia oppida continet ſed haud magni noinis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Nubienſis ſcribit terram *Karman* ja-
cere inter Perſiam & *Mecran*, (quam
hodie vocant *Maquerona*) & continere
urbes: Mungian, Vardeſt, Valaſegerd,
Hurcan, Rudhan, Roſtac Arroſtac, Sir-
gian, Iazdeſcir, Rauand Mahan, Cha-
biz, Gianab, Giroſt, Hormoz, Sura,
Maun, Riaan, Bamm, Fahrag, Cquer-
maſin & Maſtih. Vtriſque autem Perſia
& Karman extremitatibus junctam eſſe
ab Oriente ſolitudinem maximam cui
nulla alia æqualis reperitur in terra ha-
bitata.

Nubienſis vocat maximam hujus pro-
vinciæ urbem *Sirgian*, quam & Vlugh-
bekius agnoſcit, ad longitudinem qui-
dem xc graduum & 30 ſcrupulorum.
Et ab hac ad *Giroſt* ſex haberi ſtationes
& viam eſſe capiendam per Nâhyan. *Gi-
roſt* autem (inquit) magna eſt, habetque
in longitudine fere duo milliaria. De ur-
bibus Karman eſt etiam urbs Nahia, par-
va quidem, ſed pulchra & decoris ædi-
ficiis habetque vicos mercibus atque ar-
tibus illuſtres. Ab hac ad Sirgian haben-
tur CCII mill. paſſ. (erratum credo in nu-
meris) verſus Septentrionem. Et ab hac
ad Giroſt, meridiem verſus, LX mill. paſſ.
& ab iſta ad Nahian XVIII mill paſſ.
Præterea ex urbibus, quæ jacent inter
Giroſt & Fahrag, eſt urbs *Hormoz* Re-
gis,

gis, quæ vocatur hac tempeſtate urbs *Hauz*; diſtatque à Giroft ſtatione una, verſus Occidentem.

Ab ipſa ad urbem *Bamm* habetur ſtatio. Et à *Bamm* ad *Giroft* ſtationes duæ magnæ videlicet LX mill. paſſ. A Bamm quoque ad *Cquermaſin*, ſtatio.

Ex urbibus Karman eſt etiam urbs *Hormoz* maritima, adjacens mari Perſico, appoſita æſtuario *Haniz* dicto, ex eodem mari Perſico egredienti per quod naves ingrediuntur à mari ad urbem uſq;

Porro urbs Fahrag ſita eſt in initio ſolitudinis attingentis *Segeſtan* ducentis decem milliaribus, toto ſcilicet intervallo, quod prædicta ſolitudo habet in latitudine. A Fahrag ad *Cquermaſin* paulo ante nominatam habetur ſtatio.

Credo urbem Fahrag eſſe eandem cum Parra vel Farah, quæ tranſitur ab iis qui à Candahar petunt Perſiam, de qua conſulenda ſunt Itineraria quæ in ſecunda parte explicuimus.

Quod autem hic ſcribit Nubienſis de urbe Hormoz maritima, non eſt intelligendum de urbe *Harmuz* in inſula ſita, quæ ante dicebatur *Gerun*, ſed de priore urbe quam Xa Mahamed primus Rex Harmuzii condiderat in continente haud longe à Koſteck, quam deinceps decimus quartus Rex *Mir-Bahadin* re-

liquit & ſuos tranſtulit in inſulam, ubi hodieque urbs Harmuz ſita eſt. Sed hæc in deſcriptione Harmuzii explicabuntur plenius.

De Regno Harmuz & cæteris Inſulis in Sinu Perſico ſitis.

TEixera, Solent navigationum in Indiam periti Sinum Perſicum dividere in duas partes: nimirum in fretum Harmuzianum, cujus principium deſignant inter *Guadel* in Perſia, & promontorium de Rozalgare in Arabia: & in fretum Baſoræ, ab *Harmuz* ſive *Gerun* uſque ad extimum gremium Sinus, ubi oppidum *Baſora* ſitum eſt, & famoſi amnes Tigris & Euphrates confluunt. In medio autem, licet minime æquali utrimque intervallo (nam una pars tantum centum leucas in longitudinem patet, altera ſupra ducentas) ſita eſt inſula *Gerun* ſive *Harmuz*, ambiens circiter ſex aut ſeptem millia paſſ. & diſtans à continente Perſiæ, ubi minimum è regione *Dozar* quinque millia: & ab Arabia novem leucas: obtinet autem multa ſingularia & digna notatu. Ardebat olim, unde longe aſperrima eſt facta: Secat illam mons ab uno mari ad alterum inter ortum & occaſum; à cujus radicibus ad cornu Septentrionale ubi oppidum & arx

jacet,

jacet, intervallo quaſi unius milliaris, plana eſt & minus aſpera: verum trans montes, nihil habet præter aſperrimos colles & horribilia præcipitia. Continet plurimum ſalis foſſilis; abſolutiſſimi ſulphuris quoque maximam copiam: Hyeme, qua interdum validiſſime pluit, torrentes qui de montibus in dictam planiciem deſcendunt, ab æſtu coguntur in ſalem.

Mirabile autem & illud, quod quum inſula diſtet ab Æquatore verſus Arctum viginti ſeptem gradibus & ſemiſſe (aliis XXV tantum gradibus) tantum æſtum vernis menſibus experiri, ut incolæ vix ferre poſſint.

Tres habet fontes perennes, ad radices montis, diverſis locis, è quibus oriuntur tres amniculi, limpidiſſimæ quidem aquæ, ſed marinæ inſtar ſalſæ: quæ inſtar glaciei ita concreſcit & amniculos tegit ut hominum equorumque veſtigia ſuſtineat, aqua interim ſubtus labente. Sal autem univerſus tam foſſilis, quam qui à ſole coagulatur, medicinalis; poſteriorem autem tantum uſurpant in cibis & condimentis; nam foſſilis ita acer eſt ut magis corrodat, quam conſervet carnes & alia quibus miſcetur.

Habet præterea Inſula duos ſinus, qui deſinunt in cornu arenoſum, cui arx

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Portugallorum inædificata eſt, ex melioribus & munitiſſimis totius Orientis; aquarum tamen potabilium inops eſt, præterquam pluviarum quæ in agro colliguntur in ciſternas; quarum plures paſſim viſuntur: Solummodo in *Torumpaque*, ad caput inſulæ, puteus viſitur aquæ dulcis, qua Rex & Wazir hortos ſuos rigant, quos uterque ibidem habet, qui optimos fructus producunt; quum in reliqua inſula, nullæ arbores aut plantæ viſantur, præterquam in planicie illa, aliquot quæ fructus ferunt ſpinoſos qui toto anno virent, vocant *Conar;* & pumilas aliquot maluas primo vere: & Senam purgatricem quam vocant *Makii*. Angulus autem iſte terræ ſolo eſt argilloſo & ſalſo, è quo vaſa componuntur è quibus potant, poſtquam ſalſuginem detraxerunt. Iuxta Torunpaquen inter petras haud longe à mari, ſcaturit aqua ſalubris, quam indigenæ vocant *Abdarmon*, id eſt aquam medicinalem; quæ pota alvum ſolvit & expurgat omnes feces & immunditias: unde certis anni tempeſtatibus multi ſolent accurrere & illam potare quantum opus habent: cujus experimentum capiunt comedendo partem Aurantii aut Limonis, nam ſi ſtatim ſemina per ſedes ejiciant, ſufficienter ſe purgatos credunt.

Re-

Reperiuntur in inſula hac plurimæ rupicapræ & Adibes (vulpecularum ſpecies) perdices, turtures aliæque aves: mirum autem eſt, quum nullæ aquæ dulces hic reperiantur, quam quas jam diximus, quid iſta animalia potent; nam minus veriſimile eſt ſalſas aquas potare, licet quidam id crediderint.

Oppidum haud ita magnum eſt; licet olim majus fuerit; nam pars aliqua illius demolita fuit, & in grandem aream ante arcem converſa. Ædes eductæ ſunt è vivo ſaxo haud admodum grandes, ut facilius terræ motus ferant quibus inſula obnoxia eſt: & gypſo quodum albo cæmentatæ, cujus in continente magna eſt copia, vocant *Gucche*, aut rubro, quem inſula gignit, ſed inferioris notæ. In ædibus autem in aqua ſubſtructis, aut quæ aquis reſiſtere neceſſe eſt, utuntur alio cæmento, quod hoc modo fit: (vocant Charu) ſumunt vetuſtiſſimum ſtercus è ſtabulis mulorum, & cogunt in orbes ſive grandes pilas, quas ad ſolem ſiccatas, accumulataſque urunt certo tempore, adponunt autem quod reſiduum fit: quum autem eo uti volunt, effundunt illud in pavimentum durum, ubi ab aliquot Arabibus tamdiu tunditur & pinſitur donec idoneum reddatur; ſtatimque adhibetur, nam ſi in

craſtinum ſervetur, corrumpitur & fit inutile.

Indigenæ maximam partem ſunt colore candido, mares urbani & fortes, fœminæ formoſæ: loquuntur idioma Perſicum; ſuntque Mahumetani, licet alii è ſecta Syaitarum qui Ali venerantur, alii è Turcorum, qualis Rex erat. Habitant præterea hic multi Chriſtiani, Portugalli, Armenii, Georgiani, Iacobitæ, & Neſtoriani; plures quoque gentiles & circiter centum quinquaginta familiæ Iudæorum. Licet autem inſula ita ſterilis ſit, tanta copia aliunde inferuntur omnia neceſſaria, ut vili pretio veneant.

Aër hic ſalubris eſt præſertim vere & æſtate, quia immodicus æſtus malignos humores conſumit; autumnus tamen morboſus.

Denique Emporium eſt longe celeberrimum: cujus Reges tam potentes fuerunt, ut magnæ parti Arabiæ & Perſiæ, & toti illi ſinui ad Baſoram uſque imperaverint; donec à Portugallis oppidum & inſula ipſis eriperetur. Ab eo tempore ſenſim commercia declinarunt, propter præfectorum Luſitanorum exactiones & injurias.

Inſula autem hæc intercepta fuit ab Alfonſo Albuquerquio anno cIↄ Iↄ VII.

Larek inſula diſtat ab inſula Harmuz cir-

circiter quatuor leucas verſus meridiem & Arabiæ continentem.

Queixome ſive *Broct* inſula ſita eſt ad continentem Perſiæ, freto ſive ſinu maris ab illa diviſa: patet in longitudinem quidem viginti quinque leucas; in latitudinem vero duas aut tres, diſtat ab Harmuz duabus leucis. Promontorium inſulæ vocatur *Sermion*.

Keys quam Portugalli vocant *Quays* eſt exigua inſula in medio freti Baſoræ; fontibus abundans & arboribus vernans; fuit quondam caput regni; nunc deſolata & inculta.

Angen eſt exigua inſula, quæ inſulæ Queixomes adjacens, ſtationem ſatis opportunam navibus præbet.

Andrevii inſula, quam Portugalli vocant *de los paxaros* ob innumerabilem avium copiam, quarum ova Arabes ſolent colligere & ad varias partes venum portare.

Lar ſive *Lara*, inſula quatuor aut quinque leucis à continente, & raris incolis culta, ob metum Arabum, qui vocantur Noutaques & Nitihelus, & otam Perſiæ accolunt.

Kargh inſula è regione Rey Ceyfadin, tribus leucis à continente, montoſa & ſcopuloſa, atque inculta.

Inſula *Barhen*, ſita eſt in meditullio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

ſinus Perſici, centum leucis ab Harmuz & totidem à Baſora, exiguo intervallo à continente Arabiæ è regione portus Katifæ, quæ eſt in ditione Lacah, quam Turcorum imperator poſſidet. Habitata eſt Arabibus; Rex autem Perſiæ hic tantum præfectum habet & præſidium, ab anno cIↃ IↃ c II, quo illam ex inſidiis & per proditionem eripuit Harmuzino Regi. Solo eſt amœno; abundatque fructibus, præſertim dactylis; triticum parce fert, hordeum modice. Oryza, quam communiter uſurpant, ab Harmuzio ſolet ſubvectari. Aquas obtinet magis ſalubres quam dulces, inter quas Nanyah celebrantur; profundiſſimi ſunt putei in medio inſulæ; ſecundum locum merentur, quæ ſub marinis fluctibus hauriuntur, ad hunc modum: in præcipua municipia inſulæ cenſetur Manama ad littus ſitum; in mari autem quod alluit, altitudine trium orgyarum, ſcaturiunt certi fontes aquæ puræ & dulcis, quam urinando utriculis è corio noverunt egerere, & vendunt vili precio. Narrant autem Mahumetani ſenes, hos fontes in terra quondam fuiſſe & à fluctibus fuiſſe hauſtos: unde inſulæ nomen fuerit inditum, quod in Arabica lingua ſonat duo maria à *Bar* mare & *Hen* duo; licet alii opinantur id nomen impoſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

impoſitum à duobus amnibus qui decuſſatim & crucis in modum inſulam dividunt.

Famoſa eſt inſula ob unionum copiam quæ in ambitu & vicino mari capi ſolet. Duo enim loca in India, Margaritarum piſcatura celebrantur; nimirum hic in Sinu Perſico; altera juxta Manar ſeu in freto quod inſulam *Ceylon* dividit à promontorio continentis, quod *Tutan Cory* dicitur & à Portugallis *Comory*.

Piſcationem autem in Barhen ordiuntur interdum menſe Iunio, plurimum autem Iulio, producuntque ad finem Auguſti: ſolent autem ut plurimum tum convenire circiter ducentæ cymbæ; centum ex hac inſula, quinquaginta è *Iulfar*, & totidem de *Nibhelu*. Capiuntur autem conchæ ordinario in portu Arabiæ quem vocant Katar, decem leucis ab inſula hac verſus meridiem.

Vniones hujus Sinus præſtant longe reliquis totius orbis tam pulchritudine quam pondere: ſolent autem hic quotannis educi ad valorem quingentorum millium ducatorum, præter magnum numerum, qui celatur: Præfectus vero Harmuzii percipiebat quotannis ſupra quatuor millia ducatorum, præter quæſtum, quem faciebat ipſe.

Sunt

Sunt & alia præterea loca intra hunc Sinum, ubi conchæ hæ capiuntur menſe Septembri, ut *Nihhelu*, *Teue*, *Rozalgate* & ſub inſula, ſed hæc captura non eſt magni momenti.

Venundantur autem hic uniones per Abas, quarum tres faciunt, Quilaten ſive Quaraten; & Miticales quæ conſtant viginti quatuor Quaratis, præſertim minores Margaritæ, quarum qualitas pro numero in uno miticali contentarum æſtimari ſolet.

Nubienſis: dexterum maris Perſici littus pertinet ad Arabes, ſiniſtrum ad Perſas: habet autem in latitudine ducenta & decem millia, in profunditate vero à ſeptuaginta ulnis ad octuaginta, commemorat autem ad oſtium Tigris in mare Perſicum exeuntis *Alchaſciabat*, dicitque à *Baſra* viam tritam eſſe ad oppidum *Bahrain*, id eſt, duorum marium ad littus Arabum ſitam, ſtationes undecim.

Denique Ormuz ita deſcriptum accepi à Nicolao Hemmio noſtrate. Diſtat ab æquatore verſus Arctum ſex & viginti gradibus & ſeptem & viginti ſcrupulis. Perſarum Rex hoc oppidum ope Anglorum eripuit Portugallis anno cIↄ Iↄ c xxII. Repererunt autem ibidem ſexcentas machinas bellicas, tam majores quam mediocres, partim ex ære partim è ferro

confla-

conflatas, quarum octuaginta hodie Arcem ſervant, reliqua ad vicinas arces ſunt tranſlata, uti & ad oppidum *Garmon* & *Laar*; quædam denique ad Civitatem Hiſpahan, ubi ante arcem diſpoſita viſuntur.

In Sinu Perſico quotannis perflant venti triplices; quæ tempeſtates ipſi appellantur *Elauvvel*, *Elteny*, *Eltelet* ſive *Elfghef*; ratio autem navigationis hic ita ſe habet.

Menſibus, Novembri, Decembri, Ianuario, Februario, Martio atque Aprili, tempeſtas opportuna eſt tam ingredientibus quam egredientibus Sinum. Menſibus Majo, Iunio, Iulio, ingredientibus quidem opportuna eſt, ſed egredientibus adverſa. Contra vero Auguſto, Septembri & Octobri tantum egredientibus propitia.

Series Regum Harmuz è Teixera.

PRimus in ordine horum Regum ponitur à Teixera Xa-Mahumed, filius regis Arabis, qui trajecto Sinu Perſico urbem Harmuz condidit in continenti, haud longe à Koſteck in loco dicto Harmuz, in vicinia Xyraz & Kermon.

Huic ſucceſſit filius *Soleymon*; huic filius *Iza*; illi itidem filius *Laxkari*; huic filius *Haykobad*; huic filius *Iza* II.

Huic

Huic itidem filius *Mamud*; huic filius *Xaranxa*; huic cognatus *Amir Xabadin Molong*: qui filiam ſuam *Set Alkatun Xabadin* tradidit in uxorem cognato ſuo *Amir Seyfadin Aben Azar* filio *Aly* Germani ſui Regis inſula *Keys*: qui *Xabadin* mortuo ſucceſſit in regnum.

Huic ſucceſſit *Xabadin Mamud* illius conſobrinus; illi autem *Amir Roknadin Mamud* filius *Hamed*, qui obiit anno cIↄ cc LXXVIII.

Huic ſucceſſit filius *Amir Seyfadin Nocerat*, qui cæſus fuit à fratribus ſuis anno cIↄ cc XCI.

Maſaud decimus quartus Rex ſucceſſit fratri, qui fugatus fugit in Kermon, poſtquam tres annos regnaſſet.

Mir Bahadin Ayaz Seyfin mancipium regis *Nocerat* illi ſucceſſit; ſed Turcis omnia vaſtantibus, relicto *Harmuzio* ſe contulit ad inſulam *Queixome* atque inde ad inſulam Gerun, ubi hodieque urbs Harmuz viſitur. Obiit anno cIↄ ccc XII.

Huic ſucceſſit *Amir Ayzadin Gordon Xa*, è veterum regum proſapia, qui obiit anno cIↄ ccc XVIII.

Succeſſit filius *Amir Mobarezadin Baharon Xa* decimus ſeptimus Rex; quem regno & vita ſpoliavit anno cIↄ ccc XIX

Mi-

Mir Xabadin Iſuf tyrannus, & viciſſim uit occiſus à *Mir Xa-Kodbadin* fil. *Gorbonxæ*, qui cepit inſulam *Barhen*, *Katiam*, *Kargam* & *Darab*: ſed fuit è regno ulſus à Germano *Malek-Nazomadin*; uo mortuo illud recuperavit, diſceſſitque anno cIↃ CCCXLVII.

Succeſſit illius filius *Turon-Xa* qui ebus multis præclare geſtis obiit anno IↃ CCCCLXXVIII.

Huic ſucceſſerunt filii ordine; primo *Maſſud* primogenitus; deinde *Xabadin*; ertio *Salgor-Xa*; quo regnante Suphy Iyalila Perſa continentem omnem ſubigavit.

Huic ſucceſſit *Xavves*: illi autem *eyfadin*; quo regnante inſula Harmux ccupata fuit à Portugallis anno cIↃ IↃ II. Sub quibus porro Harmuzii Reges eluti precario regnarunt, libera ſolum in ios poteſtate.

Siſton & Sagiſtan.

Eixera videtur Siſton & Sagiſtan facere duas provincias: quum tamen ntum una eadem eſſe videatur.

Siſton autem ita deſcribit: Provincia *iſton* (inquit) ſita eſt ſub provinciis araſone & Kermon, verſus partes Perſæ quæ Sinum Perſicum contingunt, a ut ab una parte habeat *Perſiam*, ad cujus

cujus præfecturam quoque pertinet *Si*
ſton, & ab altera regnum *Macron*, ad con
finia Indiæ. Scribit autem libro ſecund
capite XXIII. Sub Calipha *Abu Ezac*
Matacon filio Harum, qui ſucceſſit fra
tri ſuo germano *Mamun*, privatun
quendam hominem, nomine *Amzah* i
hac provincia rebellaſſe, & bonam par
tem provinciæ ſubegiſſe; verum à præfe
cto Karaſonis debellatum fuiſſe & pro
vinciales ad officium reductos.

Ioannes de Perſia ſcribit hanc pro
vinciam, patere in longitudinem quin
quaginta leucas, ejuſque metropolin vo
cari *Ciſtan*, in qua circiter quinquagint
millia civium numerentur.

Boterus in Relationibus ſuis univerſa
libus de Aſia, parte prima libro ſecundo
ſcribit poſt Eri ſive Ariam provinciam
ſuperato monte *Coibocaran*, deſcenditu
in provinciam *Sigeſtan*, regionem undi
que montibus cinctam è quorum medic
exit fluvius *Ilmentes*. Sequitur deincep
Circan, ibi olim fuit Gedroſia, cum op
pidis *Canafi*, *Siſtan*, *Mulete*, *Rocaguin*
Timocain, *Aſian*.

Nubienſis ſcribit; Sageſtan provin
ciam fines jungere cum ſolitudine ill
maxima, (cujus ſupra quoque memi
nimus) & celebriores illius urbes eſſ
Zarang, *Tac*, *Fars*, *Hovas*, *Sarvan*, *Boſt*,

Rane-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Ranecan, *Bengevai*, *Aſfengiai*, *Tira*, *Haſc*, *Baanin*, *Dorra*, *Harra*, *Corra*, *Darac*, *Malin*, *Karcoia*, *Haiſum*, & *Baſurd*.

Schikardus in Tarich opinatur po-ulos, quos Leonclavius vocat *Segeſta-nos*, veteribus Drangianos fuiſſe dictos, qui juxta fluvium Arbin habitarunt, Cataldo nunc *Ilment* vocatum.

Porro *Zarang* vel *Zarans* meminit uoque Vlugbekius & collocat illam ad ongitudinem quidem XCVII graduum, d latitudinem autem XXXII graduum & 30 ſcrupulorum; eſſe autem urbem *hiſtan* ſive *Siſton*.

Scribit idem Nubienſis parte octava limatis tertii, Orientalem partem Se-eſtan conjungi cum *Ghaur*, & plagam onterminam *Ghaur* vocari *Raüer*.

Obſervandum porro è Nubienſi, op-dum *Baanin* diſtare ab urbe *Derthel* poſita ad ripam fluvii *Hendemend* nius diei itinere.

Item ab urbe *Bengevai* ad *Kabac* iter ſe Orientem verſus; & ab hac ad flu-en *Hendemend* Septentrionem verſus, nius haberi ſtationis intervallum, & oc flumine trajecto occurrere urbem *ertel* ad ejuſdem ripam appoſitam.

Item *Darac* urbem propinquam eſſe umini *Maru-Alrudh*.

Dorram autem diſtare ab urbe *Corr*
ſtationem unam.

Malin denique diſtare ſtationem unam
à *Burengian*, quæ eſt urbs pertinens a
terram Choraſan.

De cæteris urbibus nihil memorabi
adhuc obſervavi, niſi quod Vlughbee
kius *Boſt* collocat ad longitudinem qu
dem LXXX graduum, latitudinem aute
XXXIII.

Macron.

HOc regnum appellatur ab aliis *Get*
che-Maquerona: Incolæ ſunt *Bal*
ches, quibus anno CIↃ IↃ C XIII. imp
rabat *Meleck-Myrza*, qui quum ant
Regem Perſarum ſuperiorem agnoviſſ
tunc jugum excuſſerat, & tributum pe
dere recuſabat: putant hanc eſſe provi
ciam illam, quam veteres Geographi v
cant *Carmaniam*.

Sunt autem Baluches hi, ferox
valde barbara natio, ita ut Robertus C
vertus Anglus prodat, anthropophag
eſſe; attingunt Indum fluvium vert
ortum.

Quum Angli anno CIↃ IↃ C XII. R
bertum Sherleyum Perſarum regis l
gatum reducerent, applicuerunt ad ha
provinciam. Incolæ autem ut ipſos
inſidias præcipitarent; fingebant Reg
ſuu

ſium Meleck Myrzam Regi Perſarum
obnoxium atque adeo tributarium eſſe;
idhæc facile & compendioſum iter eſſe,
ex ipſorum provincia in Perſiam; nam
à *Guader* tantum novem dierum iter eſſe
ad Chirman ſive, atque inde undecim dierum iter ad aulam regis Hiſpahan.

Quare Anglis facile perſuaſerunt ut
ſe cum oneraria ſua conferrent ad præcipuum hujus regionis portum qui dicitur *Guader* vel *Guadel*; ſed deerat ipſis
dux itineris ad oram ipſis penitus incognitam. Itaque unum nacti non ſine certamine, & aliquot Baluchum interitu,
eo contenderūt & decimo ſeptimo menſis Septembris applicuerunt ad Guader,
& anchoras jecerunt in portu. Atque hic
haud dubiò omnes fuiſſent trucidati, &
ſarcinæ Legati direptæ & navis ipſa interceptа, niſi à quodam Hoge Comal de
imminenti periculo fuiſſent admoniti.
Nam mendaciis præfecti Guader & ipſius
Regis irretiti, jam aliquot ſuorum cum
ſarcinis Legati in terram expoſuerant, &
jam cum Legato in terram exſcendere
parabant, cum inſidiæ ipſis patuerunt.
Itaque non ſine ſumma difficultate &
æſtu ſarcinas ſuas recuperarunt & inde ſe
abſolverunt, & navigarunt ad oſtium
Indi fluminis.

Notant autem hanc provinciam Mac-

queronam, partem eſſe Aſiæ continentis & fines jungere cum Perſia; & portum hunc Guader ſitum eſſe ad vigeſimum quintum gradum Septentrionalis latitudinis; & ſummam hic eſſe anchoras figendi opportunitatem in mari quatuor aut quinque orgyas alto. Oſtium autem fluminis Indi, quem indigenæ vocant *Sinde* diſtare ab æquatore verſus Arctum quatuor & viginti gradibus & triginta octo ſcrupulis. Vnde facile colligi poteſt quàm prope hæc regio Indiam veram contingat.

Candahar.

ANtequam ab his extimis & Orientalibus Perſarum regni provinciis ad interiores regrediamur, aliquid nobis dicendum eſt de Candahar regno, quod Rex Perſarum Xa-Abaz ab Indorum rege ſive magno Mogole recuperavit.

A metropoli Indiæ Lahore ad Candahar iter inſtituitur ad hunc modum: ad *Chach-Sunder* exiguum oppidum x cos. ad *Non-Saray* x v. ad *Muttera* VIII. ad *Quemal-Chan* XIX: ad Herpach XVI: ad Alicaſavan, XII. ad *Trumba* totidem: ad *Sedouſhall* XIV: ad *Callixeckebanden* XV: ad *Multhan* XII antiquum oppidum haud ſupra III cos ab Indo.

Hin

Hinc trajecto flumine ad *Petto Alle* exiguum pagum, xx: dehinc alter fluvius ratibus trajiciendus, & paulo poſt tertius ſed minor, qui *Lacca* appellatur. Deinceps per aſperos montes & arida atque latronibus obnoxia loca tranſitur; ad *Chatzan* exiguum caſtellum terreo vallo ſeptum, ubi Mogol præſidium alit adverſus latrones, à quibus hi ipſi præſidiarii non multum abludunt. Intermedio itinere omnium rerum inopia eſt, præterquam quod paucis locis, nonnihil graminis reperiatur, jumentorum ſolatio. Montium, quos diximus, incolæ appellantur *Agvvanes*, latrociniis & furtis ſupra modum infames. A Chatza ad *Duckeen* eorundem barbarorum municipium, ubi Mogol arcem habet & ſtativa præſidiariorum, ſeptuaginta & duæ numerantur coſæ. Toto hoc intervallo, omnis generis commeatum vendunt incolæ itinerantibus ſatis vili pretio. Porro ad *Secotan* tres pagos ſibi invicem, ad radices montium, in modum trianguli conjunctos, XIV cos. Hinc ad anguſtias montium ipſi vocant *Durves*, ubi pauci admodum plurimos poſſunt ſuſtinere & ſiſtere, ſunt circiter XXIV cos. Ad *Peſingan* caſtellum *Duckee* non abſimile XXIII cos. A quo ad Candahar per vaſtos montes & viam

omnium pene rerum indigam reſtant LX cos.

In montanis autem hujus regni Candahar degunt ferociſſimi populi, quos *Puttanes* & *Agvvanes* vocant, robuſto corpore & colore quidem paulo candidiore quam vulgo ſunt Indi; verum furtis, latrociniis & inſigni crudelitate infames; & licet ob Mogolis reverentiam & ob lucri dulcedinem quod è mercimoniis percipiunt (nam abundant pecore & frugibus) paulo mitius ſuperioribus annis cum itinerantibus agere, cæpiſſe dicantur; tamen non raro quum paucos & imparatos offendunt advenas, abripiunt illos in avia montium, mancipantque ſervilibus operibus, mutilantque eos nonnunquam ne poſſint aufugere.

Metropolis hujus regni *Candahar* antiquum eſt oppidum, olim quidem, ut ferunt, à Baneanibus habitatum: nunc autem à Puttanibus; magnum & pulchrum eſt oppidum, & commerciis opportunum, ſiquidem merces Occidentis & Orientis hic ultro citroque commeant: in quem finem in agro illius ad ſeptem aut octo millia Camelorum ut plurimum aluntur: Provinciæ præfectus ibidem degit cum valido præſidio: Vrbs ad Occidentem præcipiti & aſpero monte, ad Meridiem & Ortum validô cingitur muro:

ro: Suburbia ſuperant pene ipſam urbem, tantus hic eſt advenarum ab omni parte concurſus. Annonæ quidem hic ſatis magna eſt copia, verum ſumma caritas tum ob frequentiam hominum; tum maxime quia omnis regio inter hanc urbem & Hiſpahan, admodum infœcunda eſt, ita ut pluribus locis vix quicquam herbidi videre ſit, præter aquarum defectum qui ſummus eſt, præter ſalſarum & inſalubrium.

Diſtabat denique tum quum Mogol ea potiretur, tantum triginta coſ. à finibus regni Perſarum.

Qua ratione Perſarum imperator urbem recuperaverit, in Indicis noſtris explicuimus.

Maurenahar & Turqueſtan.

M*Aurenahar* (inquit Teixera) appellantur regiones quæ jacent trans fluvium *Gehun* (qui aliis dicitur Gichon) qui illas dividit à Karaſone, hic jacet *Koarrazin* & *Gaznahem*. De *Koarrazin* diximus ſupra è Schikardo ad provinciam *Karazon*. Nubienſis vocat *Chovarzin* & in octava parte Climatis tertii ſcribit; A *Maru* ad *Amol* non longe diſſitam ab amne *Gihon* ſex modicæ ſtationes, id eſt milliaria centum viginti quatuor: Et vero *Amol*, quæ pulchra

eſt civitas diſtat à prædicto amne *Gihon* tribus milliaribus. Et ab hac *Amol* ad urbem *Chouarzin*, quæ & *Giorgiania* vocatur, duodecim habentur ſtationes. Et à *Giorgiania* ad lacum ſuum ſtationes ſex. Similiter ab *Amol* ad *Zamm*, aſcendendo per amnem, ſtationes quatuor; à *Zamm* ad *Termed*, per flumen, ſtationes quinque. A *Termed*, per flumen, ad *Badhaſcian* ſtationes tredecim. Atque hæc eſt longitudo *Choraſan* & *Chouarazin*, juxta curſum fluminis videlicet quadraginta ſtationum.

Giorgian faciunt alii provinciam per ſe, eique tribuunt urbes *Giorgiân*, *Semnaen* (forte eadem eſt cum *Zamm*) & *Dammaan*: quarum longitudines & latitudines vide ſupra.

Nubienſis porro ſcribit flumen *Gihon* originem trahere è terra *Vaghian*, in finibus *Badhaſcian* & ibidem vocari *Hazyat*. Influereque in illud quinque magnos amnes è finibus *Gil* & *Vachs*, è quibus omnibus flumen tam grande conſtituatur, ut reliqua orbis terrarum flumina, tam aquarum copia quam alvei latitudine atque altitudine facile ſuperet. Memorat quoque inter amnes qui confluunt in *Gihon*, amnem *Vachſciab* qui egreditur è regionibus *Torc* (vel *Turqueſtan*.) Schikardus autem aſtruit amnem

Gicho-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Gichonem eundem eſſe cum eo quem Ptolemæus lib. 6. c. 12. vocat *Oxum*, qui dudum terminus fuit inter Perſas & veteres Turcas.

Adjungit deinde Teixera *Turqueſtan* regionem ad oram maris Caſpii verſus ortum, in terris *Maurea Nhar*, cujus incolas Perſæ vocent *Turck* ſive *Turckman*, à quibus haud dubio *Turci* orti.

Benjamin Iudæus (in Itinerario) ſcribit à finibus Perſiæ viginti octo dierum iter eſſe ad montes *Niſebon*, qui ſunt juxta flumen *Gozan*; Iſraëlitas autem qui inde veniunt in Perſiam, affirmare in urbibus Niſebor ſupereſſe quatuor tribus Dan, Zabulon, Aſer & Napthali: eſſeque illos fœdere junctos cum paganis Turcis (non hodiernis Natoliæ (inquit Schikardus) ſed ſibi tunc finitimis, provinciæ Turkeſtan incolis) qui ſerviunt ſpiritibus, &c. Vt provincia hæc magis illuſtretur, adjungam hic quæ Haytho ſcripta reliquit cap. 15. Iniquitatis filii Agareni, (inquit) copioſo exercitu congregato regnum Perſarum invadere cogitarunt. Et primo ingreſſi fuerunt Meſopotamiam, deinde perrexerunt ad regnum Chaldæorum, quod erat ſub dominio Perſarum Regis, qui non poterat reſiſtere Saracenis, unde de terra illa fecerunt omnia vota ſua. Rex vero Perſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

rum *Aſcaiorth* nomine (is eſt *Iazdigerd*) timens Saracenorum poteſtati ſubjugari, nuncios ſuos miſit ad terras & regna quæ erant circa flumen *Phiſon* (imo *Gichon* ut poſtea dicetur) & ab iis ſubſidium imploravit, promittendo venientibus magna ſtipendia & honores.

De regno igitur *Turqueſtan*, quod propinquius erat regno Perſarum, congregaverunt ſe ſex millia virorum, qui nominabantur tunc temporis *Turquimani* & iter arripientes, Regi Perſarum dare ſubſidium intendebant. Tranſiverunt quoque flumen *Phiſon*, &c. Schikardus autem recte aſtruit flumen quod Turquemani hi tranſierunt fuiſſe *Gichon* & Aythonem hic lapſum: idque ex ipſo Aythone qui cap. 7. Perſiam diſtinguit (pro ſtatu regni ſuæ ætatis) in duas regiones. Vnam quæ ſuperior minor & planior eſt, facit confinem Turkeſtaniæ: alteram inferiorem extendit uſque ad Armenos & Medos. Illius primæ habitatores appellat Perſas propriè, qui olim idola & ſolem coluerint, urbes eorum nominans Boctora & Seonorgant (quæ ſic corrupte ſcribuntur pro Buchara, Medici Avicennæ & Samarcand regis Tamerlanis ortu nobilitatis) ut non poſſit eſſe alia quam Bactriana, ubi Ptolemæo ſitæ ſunt Metropolis Bactra & Marcanda lib. 6. c. 11.

Hujus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Hujus vero ſecundæ regionis, urbes totidem præcipuas nominat Neſabor & Spachen, quæ rectius Niſabur & Izbahan efferuntur, & ſitu correſpondent Ptolemaicis Niſibi quidem in Aria & Aſpæ in in Parthia; non Hecatompylo, ut iners Geographorum vulgus autumat. Inter ambas locat Haytho flumen *Phiſon*.

Nubienſis videtur hanc provinciam vocare *Tochareſtan*; cui tribuit urbes *Halem & Semengian*, *Thaalan*, *Sacalcand*, *Varavalin*, *Azharuzuan*, *Talecan*, *Sachimeſt*, *Varuſer*, *Hoſb*, *Anderab*, *Meder & Kas.* Vide illum parte octava Climatis tertii.

Vzbeck.

VZbeck (inquit Teixera) ampliſſima provincia, quæ licet ſuperioribus ſeculis Perſiæ fuerit ſubjecta, hodie non tantum ab ea ſeparata eſt ſed & Perſis bellum infert, & nonnullam partem Perſiæ decerpſit. Ejus Metropolis eſt *Balck* civitas populoſa, opulenta & bellicoſis incolis frequens; collocatur ab Abulfeda ad longitudinem quidem CI grad. latitudinem autem XXXVI graduum & 40 ſcrupul. Nubienſis ſcribit illam diſtare à *Thaalan*, urbe itidem populoſa & fluviis atque arboribus conſpicua, in Tochareſtan ſita, ſex ſtatio-

nes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

nes. A *Badhuchſcian* urbe contermina regionibus *Chennaug* ad Indiam pertinentibus tredecim ſtationes,

Præter hanc habet *Samarcandam* urbem celebrem, præſertim natalibus Teymurlanis, quam opinantur Marcandam Ptolemæi; quam Abulfeda collocat ad longitudinem quidem XCIX graduum (alii CIX) ad latitudinem vero XL graduum. Nubienſis iter ab illa ad *Balch* ita deſignat; ab urbe Samarcand ad urbem Kaſc ſtationes duæ.

Item à Samarcand ad Kanud-Mahchet VI mill. paſſ. Etiam à Samarcand ad Aſtihan XXI mill. paſſ. Orientem inter & Meridiem. Et ab ipſa ad Kaſaniam XXVII mill. paſſ. Marcus Paulus Venetus ſuo tempore illam ita deſcribit. Samarchan eſt civitas nobilis, cum pulcherrimis hortis, & planicie plena omnis generis fructibus, incolæ ſunt partim Chriſtiani partim Saraceni; parentque cuidam nepoti magni Chan. Cum quo tamen minus bene ipſi convenit, ſed crebro inter ſe belligerant. Meminit & Ioſaphatus barbarus, qui appellat urbem grandiſſimam, & incolis frequentem, adhæc commerciis cum Orientalibus nobilem.

Teixera refert ad eandem *Damarcand*; & *Bokaram* patriam Avicennæ qui ipſis dici-

dicitur *Boaly*. Bokaram collocat Abulfeda ad longitudinem quidem XCVII graduum (alii 107) & 30 ſcrupul. latitudinem autem XXXIX grad. & 10 ſcrupul. vide Itinerarium Ienkinſoni in parte ſecunda pagina 263. ipſe autem vocat Bogar. Nubienſis ita deſcribit iter à Bochara ad Samarcand; A Bochara ad *Sorraa* XII mill. paſſ. Inde ad *Dabuſiam* XV mill. paſſ. Ad *Arſan* XV mill. paſſ. Ad *Kord* XVIII mill. paſſ. Ad *Karminian* XII mill. paſſ. Ad caſtellum *Aalcama* XV mill. paſſ. Denique ad *Samarcand* VI mill. paſſ. Orientali parti *Bocharæ* cum flexu ad Meridiem, contermina eſt terra *Tſogd*: primæque margines illius incipiunt poſt *Karminiam*, è qua progredieris ad *Dabuſiam* Orientem verſus XXIV mill. paſſ. à Dabuſia ad *Aſtihan* ſtatio levis. Ab hac ad *Zorman* XVIII mill. paſſ. ad caſtellum *Aalcama* XV mill. paſſ. ab hoc ad *Samarcand* VI mill. paſſ.

Præterea *Kaxgkar* & *Axkgar*, quæ perfectiſſimum nobis dant Rheubarbarum, inquit Teixera. Et alia plura.

Ex Arabe anonymo, beneficio D. Golii hæc accepimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

	longitud.		latitud.		
	gr.	ſcr.	gr.	ſcr.	
Khis	109	30.	39	30.	
Dargân	107	—	40	30.	
Asfichar	109	50.	43	30.	ad Oxum.
Therâs	109	50.	44	36.	
Naxiab	108	—	39	—	al. Neſt.
Ilâck	109	10.	43	30.	
aliis	99	10.	43	20.	
Chougent	100	35.	41	55.	
Chouakand	100	50.	42	50.	
Fargana	102	—	42	20.	
Chuten	106	—	42	—	
Bykend	107	30.	39	—	
Termont	101	15.	37	—	
Tenkod	101	—	43	25.	
Benchuf	101	—	45	—	
Kaſân	101	35.	42	50.	
Kobba	101	50.	42.	50.	ad Araxum.
Balch	101	—	36	40.	

Incolæ hujus provinciæ, inquit Teixera, ſunt bellicoſi; pugnant equites arcu & ſagittis, lanceis, gladiis, ſcutis atque clavis, ſemper retrocedendo: atque hiſce armis noſtra ætate multa dominia ſui juris fecerunt; inter alia occuparunt regnum *Kandar*, cujus Rex ad magnum Mogolem proſugit eique ſe ſubjecit, qui licet potentiſſimus ſit,

t, hunc tamen in Regnum reſtituere mi-
ime potuit. Vſbequii non habent Reges
ui hæreditario jure ſibi invicem ſucce-
ant, eligunt ſibi duces pro virtute: ha-
itu corporis, moribus & ſermonis pro-
untiatione ad Chinenſes quam proxime
ccedunt. Hæc ille.

Accepimus à Nicolao Hemmio no-
ſtrate icones duas, quarum prima expri-
nitur habitus Tatari Vzbequii.

Altera habitus & cultus filiæ Vzbe-
quii Tatari.

Kur-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57



H

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Kurdeſtan.

TEixera numerat quoque inter Perſiæ provincias *Kurdeſtan.* Ioannes autem de Perſias tres provincias hoc nomine commemorat.

Primam quidem quæ fines jungit cum Hadabigian, cujus Metropolis appellatur *Coyſalma*, & complectitur circiter triginta millia oppidanorum, & præterea complectitur quindecim urbes: populus valde eſt urbanus, & armis valde addictus. Vivunt maximam anni partem in tentoriis in agro, ad modum Arabum.

Secundam dicit aliter vocari regnum Malagæ ſive Maragæ.

Tertiam ſcribit ſecundæ huic vicinam eſſe, & Metropolim illius vocari *Cormabam*, & fines jungere cum Babylonia ſive Bagdat: tria autem hæc regna patent in longitudinem circiter trecentas leucas frequenteſque eſſe populis bellicoſis, qui perpetuo bellum gerant cum vicinis Turcis.

Verum harum trium provinciarum tantum poſtrema hæc recte hoc nomine deſignatur, in qua agunt populi qui hodie dicuntur Curdi, quorum mores & conſuetudines deſcriptas invenies in Itinerariis, præſertim paginis 198 & 226. licet etiam populi hi fines videantur jun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

jungere cum *Bagdat.* Secunda autem illa provincia, quam vocat *Maragam* hodie pertinet ad Adarbigian, in cujus deſcriptione hujus quoque oppidi meminimus.

Prima autem proprie hodie vocatur *Chuſiſtan.*

Chuſiſtan.

Chikardus in Tarich ſcribit Omarem Kalipham, anno Hegiræ XXI, miſiſſe Moſen cognomento Aſcharæum cum exercitu ultra Tigrim; qui occupavit totam *Chuſiſtaniam*, ejuſque duas urbes primarias *Ahvvazam* & *Suſam:* quorum ſitus talis eſt: Nubienſis parte ſexta Climatis tertii; ab Orientali parte lapſus *Diglat* (id eſt Trigridis) juxta mare *Abadan* (quod ni fallor, Saurentem ſinum noſtri hodie vocant) ſita eſt terra *Chuſiſtan* (nomen habens à Coſſæis latronibus, quorum Plinius meminit lib. 6. cap. 27.) ad quam pertinent *Ahvvaz* & *Eſcar-Mecrom*, & *Iendi-Sabur*, & *Suſa* & *Ram-Hormoz*, &c. & ibidem: egreditur fluvius et vergit in Occidentem uſque dum perveniat ad urbem *Eſcar-Mecrom*, ubi pontem habet magnum, XX circiter navium: vehuntur in illo navigia majora et alluit *Ahvvazam*: inter quam & *Me-*

crom ſunt xxx milliaria ſecundum am-
nem: idem ait ab urbe *VVaſit* (quæ ac
ripam Tigridis, ſex itineribus ſupra illiu
oſtia locatur) abeſſe centum milliaribus
unde jam ſitum *Ahvvazæ*, licet igno
retur Tabulis, abunde cognoſcimus Ad
dit deinde Schicardus plura de Suſa: quan
tum vero ad Suſam (inquit) notior eſt il
la, quod meminerint illius multi ſcripto
res. Strabo lib. 15. tradit nobilitatan
aula Cyri; eſſe oblongam ſine mœnii
tamen, habere in ambitu 120 ſtadia, ve
juxta Polycleti relationem 200; quæ re
ſpondent 15 milliaribus Italicis. Addit
æſtivum ibi calorem intendi tantum, u
comburat lacertos, ſub Meridiano ſol
per apricum repentes: inde cogi incola
ut ædificia tegant ſuperingeſta humo, a
profunditatem duarum ulnarum. Cau
ſam rejicit in montes, qui ad boream ob
jecti, non frigidiores tantum auras in
tercipiant, ſed & repercutiant il'apſo
radios ſolis, ut reduplicentur. Curtiu
lib. 5. meminit anguſtiarum in illis mon
tibus, quæ Pylæ Suſidæ dicantur, ub
Alexander cum ſuis multum eſt pericl
tatus. Quod vero Dionyſius (hiſce loc
natus propterea fide dignior) ait Choa
ſpen alluere Suſianos, id illis errandi oc
caſionem dedit, qui opinantur attinge
ipſam urbem; at hoc non dicit autho
ſe

ſed præterfluere terram Suſarum. Et aliud nos docet S. Daniel cap. 8. v. 3. arcem Suſan ſitam eſſe ad fluvium *Vlai*, quem Plinius lib. 6. c. 27. optime cum ſacra Scriptura conveniens, appellat *Eulæum*; oriundum in Media, condi ſub terram intermedio curſu & rurſus emergentem circuire hanc arcem: unde Reges eum honorent, ut non ex alio bibant, etiam peregre abeuntibus ſibi ad longinqua loca deportari curent. Diſterminat ille Suſianam ab Elymaide, provincia humidiore, quæ ob uliginem non niſi per circuitus obiri poteſt, ac in Bibliis Elam audit: ut R. Benjamin recte notavit niſi quod etiam in nomine fluvii aberrat. *Cuſeſtan* (inquit) *ipſa eſt Elam regio magna, ſed non amplius habitatur tota. Nam vaſtata fuit ex parte. Inter ejus ruinas extat Suſan arx, quondam palatium Ahaſueri* Eſth. 1. v. 2. *habet etiamnum ædificia magna & pulchra inde à diebus antiquis. Flumen Hiddekel, ponte ſtratum, ſecat urbem.*

Nubienſis ſcribit ex parte Meridionali Chureſtan fluere amnem *Tab* & dividere *Chureſtan* à *Fares*.

Porro ab Vlughbeeckio & Arabibus attribuuntur huic provinciæ ſequentes urbes: *Achoüas*, Nubienſi *Ahüaz*, Almacino *Ahvvaza*; quam collocant ad

longitudinem LXXXV grad. latitudinem XXXI. Saraceni eripuerunt illam Perſis anno IↃC.XLI. & habuerunt in tanta dignatione, ut provinciæ nomine inter præfecturas numerarent.

Nubienſis vocat flumen *Meſercan* quod urbem præterlabitur.

Deinde *Aſkermucran* ad longitudinem LXXXIV graduum & 30 ſcrupul. & latitudinem XXXI grad. 15 ſcrupul. Nubienſis vocat urbem magnam & vetuſtam, ad flumen Meſercan appoſitam.

Tertio *Ramchermis*, Nubienſi *Ram-Hormoz*, aliis *Roomes* ad longitudinem LXXXV grad. & 45 ſcrupul. latitudinem XXXI. Nubienſis prodit intervallum inter Aſcar mocram & Ram-Hormoz duarum ſtationum.

Quarto *Archân* ad longitudinem LXXXVI grad. 30 ſcrupul. latitudinem XXXII graduum vel ut alii XXXI.

Quinto *Siapur* vel *Ieſabur* ad longitudinem LXXXVI grad. 15 ſcrupul. latitudinem XXX. Nubienſis hujus non meminit niſi forte eadem ſit cum Giondi Sabur, quæ diſtat à Suſa unica ſtatione.

Notandum autem Nubienſem ſcribere, ex urbibus Chureſtan conterminis terræ Fares, eſſe urbem *Laur*: quæ haud dubio eſt *Laar*. De qua ſupra diximus in Fares.

Irack.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Irack.

HÆc provincia quã alii vocant *Irack*, Nubienſis *Aarack*, olim quoque pertinuit ad regnum Perſarum. Præcipuæ autem illius urbes ſunt *Koufa*, *Medain*, *Waſit*, *Bagdat* & *Baſhrao*, quarum longitudines & latitudines ſupra retulimus.

De *Kufa*, quam Elmacinus ab Omare Calipha muro fuiſſe cinctam ſcribit anno 635: ſcribit Nubienſis. Kufa ſita eſt ad ripam fluminis Euphratis. Sexto autem ab illa milliari extat teſtudo maxima, altis undique ſuſtentata muris, oſtio clauſo, pretioſiſſimis ex omni parte velis cooperta, & pavimento ſtoreis Samniticis ſtrato, & intra ipſam fertur eſſe ſepulchrum Ali filii Abitaleb generi Mahumetis. Diſtat autem a Bagdat quinque ſtationibus.

Medain, Nubienſi Medina diſtans à Kufa circiter xx ſtationes, Poſt biennium (inquit Schikardus) id eſt anno 636 expugnavit Saedus civitatem Choſrois, quæ ut olim Roma κατ' ἐξοχὴν urbs, ſic iſta Elmedayna, urbes, ob excellentiam & amplitudinem in plurali numero nominabatur, ac mihi à Choſravo Abrawez præ cæteris exculta, inhabitata ac amplificata creditur, quia ejus Regis nomen aliquando gerit; nec tamen ab eo pri-

primum exſtructa, cum illius etiam antiquior extet memoria, ut quando Mahummedes in ſuis reſponſionibus ad Abdiam & Abdallam Iudæorum Rabbinos, Alkurano ſubnexis, eandem Elmedenam Chaldææ urbem, jam ſua ætate recenſet inter quatuor Metropoles infidelium populorum, ex inferno natas, hoc eſt, maledictas. Author Geogr. Arabs à magnifico D. Beſoldo mihi conceſſæ, locat eam ad Occidentalem ripam fluvii Diglat ſeu Tigridis, quindecim tantum milliaribus infra Bagdadum, hoc eſt, in eo limite regionis Irack: ſed Caſp. Balby Venetus qui anno 1580. à Bagdat per Tigrim Balſaram, hoc eſt, Baztam uſque deſcendit, adeo præclaræ urbis, quam omnino tranſire debuiſſet, nihil prorſus meminit, ſed tantum aliquot pagorum in ruinis jacentium: unde colligo hanc Medaynam poſt horribilem terræ motum, quo anno Hegir. 245 noſtro 859 concuſſa eſſe memoratur, nunquam deinceps reſurrexiſſe ad priſtinum decus.

Bagdat de qua urbe conſulenda ſunt Itinetaria: præſertim pag. 257. Scribit Almacinus in Saracenica Hiſtoria lib. 1. Anno Hegiræ 145 noſtro autem 762. Iuſſit Almanſor Califa ædificari civitatem Bagdadum; eamque fundavit eo

tem-

tempore, quod unanimi conſenſu elegerant Aſtrologi: dicitur autem fuiſſe pratum viride, in quo tugurium erat Eremitæ, cui nomen erat Bagdadi, atque ab eo hoc nominis traxiſſe. Almanſor autem eam appellavit *Medinato-Iſalami*, id eſt, Civitatem pacis; utque abſoluta fuit ædificatio ejus, facta eſt ſedes Califis Abbaſidarum. Nubienſis ſcribit illam jacere ſecus Tigrim; à Kufa ſtationes quinque ſive CX mill. paſſ. Xa-Abas Rex Perſarum eripuit illam Turcis anno CIↃ IↃ CXXIV.

Waſit ſive *Waſed*, Nubienſi *Vaſet*, diſtat ab urbe *Bagadet* octo ſtationes ſive CLXXV mill. paſſ. à *Baſra* ſeptem ſtationes, à *Kufa* ſex. Nubienſis inquit, duæ urbes *Vaſet* jacent ad utramque ripam Degelæ, id eſt Tigridis. Anno Hegiræ 83 (inquit Teixera) noſtro 703 condidit Abdel Maleck in medio Meſopotamiæ grandem & populoſam civitatem, quam vocavit *Wacet*, id eſt medium; jacet enim inter duo flumina, quæ confluunt ad *Cornam*; cujus hodie tantum ruinæ ſuperant.

Baſhra; Elmacinus ſcribit muro cinctam fuiſſe à Muſlimis A. C. 635: de qua videnda ſunt Itineraria nequid hic repetamus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

II.

Cæli ſolique qualitates Regni Perſiæ.

QVum tot provinciæ ſint in hoc regno, non mirum eſt qualitatibus cœli ſolique multum differre.

De Perſia proprie dicta ita judicat Ioſephus Barbarus. Tota Regio Perſiæ ſecus viam quidem qua nos incedebamus deſerta eſt, pulverulenta, cretoſa, ſcopuloſaque, & plurimis locis aquarum prorſus inops. Hinc fit, ut ubi aquæ aliquæ occurrunt, ibi etiam villæ quædam reperiantur, ſed & tum maximam partem erant deſolatæ; harum quælibet ferè caſtellum habet è ceſpite aggeſtum. Nam quum ſementes, vineæ & fructiferæ arbores aquis opus habeant, ubi illæ deſiderantur, non niſi incommoda habitatio eſſe poteſt. Verum ſolent aquæductus ſub terra ducere interdum quatuor aut quinque dierum itinere à flumine aliquo: idque in hunc modum: Primo haud longe à ripa ſcrobem moliuntur, & ab hac canaliculum profundiorem ad libellam excavant, recta verſus locum, quem rigare intendunt, ad paſſus viginti aut circiter, & tum rurſus aliam ſcrobem, & denuo canalem, atque ita por-

ro, donec ad villam aut urbem duxerint, tum denique fluvium derivant in vicinam ripæ illius ſcrobem. Rariſſimæ quoque hic viſuntur arbores & fere fructiferæ ubi rigari aliquo modo queunt. Materiem autem ad ædes ſtruendas ſubminiſtrant populi albæ, quæ locis aquoſis conſerunt, quantum opus habent. Habent & fabros lignarios admodum induſtrios qui hiſce lignis tam parce uti norunt ut mirum videatur.

De eadem ita Contarenus. Perſia planiſſima eſt regio & valde arida; in multis locis aquæ ſalſæ reperiuntur: frumenta & fructus aquæ adminiculo abundanter proveniunt; ab utroque latere imminent montes fertiliſſimi, qui frumenti & fructuum copiam producunt, omnia maximo precio venduntur.

Provincia in qua Tauriſium ſitum eſt, commendatur ab amœnitate & fertilitate ſoli; riguum enim eſt & maximam partem planum.

Ne diu Lectorem moremur, ſiquidem in ſingulis provinciis nonnihil diximus de ſolo atque cœlo: Temperies adeo diverſa eſt, ut quum in Harmuz & vicina continente ſupra modum æſtuet, in reliquis Perſiæ provinciis, etiam iis quæ Harmuzio propiores ſunt, nihil tale ſentiatur, niſi forte paucis interdum diebus

diebus adulta jam æſtate; in Hiſpahan vero & agro illius totaque illa provincia hybernis menſibus ſupra Climatis modum friget; & noctu interdum tam acriter gelat, ut unius noctis glacies non raro veſtigia hominum ferat, quemadmodum à noſtratibus inveni obſervatum.

Porro ſoli qualitates & fruges atque fructus Perſiæ ita à noſtratibus invenio deſcripta. Perſia atque Parthia plena eſt montibus partim petroſis, partim fœcundi ſoli: non deſunt tamen plurimæ valles & agri ſatis feraces & culturæ idonei. Pauca tamen pro amplitudine provinciarum, ſunt oppida, municipia & pagi, neque ea eſt incolarum frequentia, quæ omnibus agris colendis plene ſufficiat: agri quoque multis locis ſunt inaquoſi; ita ut neceſſe ſit canalibus & aquæ ductibus illos rigare; unde fit ut juxta rivos & amnes plurimi pagi & municipia viſantur. Armentorum & pecorum hic magna eſt copia; verum tauri & vaccæ non ſunt ea mole, qua in Europa noſtra; oves vero longe grandiores & obeſiores, habent enim latiſſimas & obeſiſſimas caudas, quarum adipes Perſæ liquefaciunt, & utuntur loco butyri: licet neque butyrum hic deſideretur, quod excoquere ſolent, ut melius conſervetur, in utribus è tergoribus factis,

durat

durat enim hoc modo in ſeptem octove menſes; ignorant enim illud ſale condire. Panem habent optimum: Caſeos multos, qui recentes haud mali ſunt, ſed ſalſi & qui brevi tempore ita ſiccantur, & indurantur inſtar lapidum: ita ut mirentur ſummopere noſtrates caſeos, tam longo itinere huc traduci poſſe incorruptos. Abundant quoque lacte & ſero. Piſces quidem habent multos, ſed noſtratibus longe deteriores, ſunt enim ſpinoſi, & ſapiunt cœnum quia fluvii hic minus ſunt alti.

Arboreos fructus habent magno numero; nimirum poma ſed noſtratibus minora; Perſica mala vaſtæ molis, præcocia, ceraſa; & ſimiles fructus, præter fraga; quorum loco hic reperiuntur, præſtantes melones, & anguriæ, quæ ægrotis à medicis præſcribuntur loco potus: itidem fructum, quem vocant *Alloagia*, inſtar pruni, ſed commeditur viridis, & magni fit in hiſce regionibus. Omnes autem fruges & fructus, venundantur pondere, quod vocant *Maun* & æquivalet duodecim libris noſtratibus.

Accipiunt præterea è mari Caſpio Haleces, Salmones, Sturiones, Trutas & alios piſces: tam ſale conditos quam ad ſolem induratos.

In Perſia, inquit Teixera, plurimæ repe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

teperiuntur & præſtantiſſimæ uvæ, quas ſua lingua appellant *Xarab*: è quibus plurimum vini exprimunt, quod clanculum & diſſimulato nomine, tanquam ſi eſſet aqua roſarum ſolent in vitris & vaſis, exportare in Indiam, in Harmuzium & Mogoſtan.

Populorum ingenia, mores, inſtituta, & habitus.

SCribit Teixera in appendice; gentem Perſarum eſſe candido colore, formoſam, & eleganti diſpoſitione; amictum illorum pene ſe habere ad Turcarum modum; ſequi ſectam Morts-Aly, & in quibuſdam articulis differre à ſecta Mahumetanorum cæterorum (de quo poſtea plenius à nobis dicetur:) pugnant utplurimum equites lancea & ſcuto, arcubus atque ſagittis, acinace, loricis bene tecti: ſunt bellicoſi & robuſti, armorumque periti tractatores. Amant libros legere, & in eo gloriantur; delectantur arte poëtica, habuerunt plures in illa excellentes, & opera perquam erudita: Norunt omnes ſcientias & artes ſpeculativas; & profeſſores illarum tractant eas cum ſumma curioſitate & ſubtilitate; jus ipſorum publicum tantum continetur volu-

rolumine ipſorum ſectæ ſive libro legis
Mahumetanæ, ſecundum quam & poli-
iæ & juſtitiæ adminiſtrationem inſti-
uunt; hanc tamen committunt viris
robatæ fidei. Viri Perſæ admodum ſunt
zeloſi, fœminæ autem ut plurimum im-
udicæ. Quid multa? regnum Perſiæ,
unum eſt ex maxime politicis Monar-
chiis univerſi, & facile è maximis.

Perſæ communiter largiſſime utun-
ur opio, quod ipſi ſua lingua vocant
Afion, & per excellentiam *Theriacam*,
anti illum ſuccum coagelatum papave-
um ſolent facere: præſtantiſſimum au-
em fit è lachrimis capitellorum ipſius
papaveris ſine ulla alia mixtura: vilius è
corticibus aqua ebullitis, quo tenuio-
es utuntur; quos propterea vocant *Puſty*
à Puſt. quæ vox papaverum corticem
ſonat;) ſicuti illos qui præſtantius illud
uſurpant *Afiony*: uſus autem illius gum-
ni, ut Perſæ opinantur, primum inven-
us fuit à principibus & magnatibus, qui-
bus curæ inſomnia conciliabant, ad
omnum inducendum; quos vulgus, uti
ere ſolet, imitari cœpit, atque ita uſus
llius tandem promiſcuus & communis
eſſe cœpit. Vſurpant & alium potum,
qui tamen etiam Turcis & aliis Orienta-
ibus valde communis eſt; quem vocant
Kaoah; qui fit ex leguminibus, inſtar
minu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

minutarum fabarum, quæ ex Arabia petuntur: coquitur in ædibus ad id deputatis; decoctum eſt ſpiſſum, ſubnigrum, inſipidum pene, aut ſi ullum ſaporem habeat, ſubamarum, ita tamen ut amaror vix percipiatur: hauriunt autem calidam ſorbillando, & ſtomacho volunt prodeſſe, ventoſitateſque expellere & appetitum promovere.

Porro indigenæ hujus regni (inquit *Teixera*) communiter ab Arabibus appellantur *Pary* & *Agemy*: Leonclavius in pandectis ſcribit à Turcis *Aiem Vilaget* & *Aiem Memleket* vocari regnum vel regiones Perſarum ac Parthorum; incolas autem rectius Azamios vel Azemios appellari, quod idem ſit cum Aiemiis propter affinitatem litterarum I, G, & Z, ante literam E poſitarum. Schikardus autem opinatur Turcas per ignominiam Perſas appellare *Aiem* vel *Agem*, id eſt barbaros, & non veros Arabes.

Cæterum Perſarum lingua etiam pluribus partibus Orientis perfamiliaris eſt; Teixera autem ſcribit tres illius veluti dialectos obſervari; *Xyrazy*, *Roſtahy*, & *Harmuſi*. Prima lingua eſt ornatiſſima & elegans qua utuntur in civitate Xyraz vel Schiras: altera eſt vulgaris, & impolita: tertia denique eſt mixta, inurbana, & multis impropriis verbis ſuffar-

ta,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

a, quæ Harmuzi potiſſimum uſurpatur. Præter communem quoque hanc Perſicam, habent diverſæ provinciæ etiam ſua propria & peculiaria idiomata, ubi Perſica tantum uſurpatur quemadmodum apud nos Latina.

Amictus Perſarum decens eſt, & à Turcarum habitu non multum diverſus, qui ex iconibus melius cognoſcetur quas in illum finem hic adjunximus.

Viri Perſæ in oppido Hiſpahan veſtitus.

Fœminarum amictus in Hiſpahan.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Semper autem (inquit Teixera) in Perſia, cingula fuerunt indicia honorum & dignitatum, quemadmodum & hodie; nam è materia & opere illorum cognoſcitur cujuſque dignitas; ſummæ enim argumentum ſunt aurea, ſecundæ argentea; idque prout vel gemmis ſunt diſtincta, aut illis carent. Ita ut è cingulis proclive ſit judicare, quem quiſque locum & dignitatem in aula obtineat. Sponſis tamen cujuſcunque ſint dignationis permittitur etiam præſtantioribus, nuptialibus diebus, uti, quemadmodum & plumis, licet hæ quoque nobilitatis inſignia cenſeantur. Forma autem horum cingulorum pene talis eſt, qualis antiquitus in Caſtella & Luſitania à fœminis ſolebat uſurpari.

Perſæ communiter ſupra modum ſunt libidinoſi, neque tantum fœminas ardent, ſed & pueros atque adoleſcentes; infames enim ſunt Sodomitæ, vitiumque hoc adeo familiare eſt, ut Cinædorum greges paſſim oberrent ſine ullo pudore, cum fidibus: ſolentque in ſympoſia ſe ingerere & laſcivis geſticulationibus & choreis convivas delectare & ad ſpurcas illas & abominandas libidines provocare.

Venationi atque aucupio dedititiſſimi ſunt: atque rapacibus avibus non tan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

rum alias aves capiunt, verum etiam feras, uti cervos, rupicapras, lepores & ſimiles: Norunt enim falcones & ſimiles aves ita inſtituere, ut ſe dimittant in capita ferarum inter cornua, atque inde oculos animalium roſtro fodiant;& tantiſper detineant donec venatores accurrant & irretiant. Ad venationes alioquin non modo venaticos canes, quos longe optimos habent, adhibent; ſed & lynces & leones pardos circuratos, quos vehiculis in exercitu ſecum trahunt magnates; tenuiores autem in equis ſuper laminas ferreas, ne unguibus ſuis jumenta poſſint lædere.

Habent autem hîc præter feras Europæ quoque familiares, rupicaprarum quoddam genus, minori mole, cornibus acutis, & recurvis, grandibus oculis & vivaciſſimis; unde Perſæ quum pulchritudinem oculorum fœminæ alicujus laudare volunt, ſolent dicere ipſi acies eſſe *Gazal*, id enim huic feræ eſt nomen. Præterea arietes ſilveſtres, quos ſuo idiomate vocant *Pagen*; utraque autem fera hæc amat loca aſpera: cæterum arietes illi non multum differunt forma à communibus, niſi quod majores ſint, corpulentiores atque robuſtiſſimi; adeo ut dimidiam colubrinam æneam facile loco moveant. Cornua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

habent longa quidem, ſed ſecundum dorſum expanſa, ſingulari naturæ beneficio; nam hoc pacto ſe de petris præcipitant ſine noxa, quod ipſis familiare eſt, quum à Venaticis canibus urgentur.

In Perſia uti & in pleriſque partibus Orientis habent plurimos medicos, tam methodicos quam Empiricos; illos vocant *Akym*, hos autem *Tabib*: Illi autem ſequuntur Hippocratem, Galenum & Avicennam alioſque: neque medendi modus à noſtrorum differt, niſi quod rarius venam ſecant. Porro Perſæ adeo addicti ſunt medicinæ, ut præter pharmacopolia publica, quæ plura ſunt, (habent enim ſinguli medici fere ſingula) etiam qui re paulum ſunt lautiori ut plurimum domi inſtructiſſima habeant, omnis generis ſimplicibus; adeo ut noſtratia pharmacopolia non raro ſuperent, præſtantiſſimis ſimplicibus, quibus noſtra plerumque carent, uti vero Amomo, Rheubarbaro, Spica, Sene, Coſto, Caſtoreo, Turbit, &c. Solent quoque Perſæ honoratiori nomine Medicos appellare *Mulah*, id eſt magiſtros, quod nomen & in religione & aliis ſcientiis uſurpatur. Eſt autem vox Arabica, quam Africani efferunt *Muley*, licet apud illos majoris jam ſit dignationis. Obſervandum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

dum autem id nomen à Perſis tantum tribui liberalium artium & ſcientiarum magiſtris; nam Mechanicis dant nomen Oſta ſive Oſtad. Habent præterea & fœminas, quas vocant *Dayah*, quæ fœminis & infantibus ſolent medicinam facere; nec facile alii medici ad fœminas aut infantes advocantur.

Ioannes de Perſia, ipſorum inſtituta & mores ita nobis depingunt. Ducunt plures uxores, quanquam inter nobiles numerus illos gravat, inter plebeios facit eminere, permittuntur autem uſque ad ſeptem, facili repudio. Nobiles maxime diſtinguuntur à plebeis, redimiculis capitum, ipſis enim ſolis licet uſurpare duodecim illas plicas, quas primus Suphy Tulbanto addidit, vocant ſua lingua *Tachi*.

Veſtes eorum ut plurimum ſunt diverſorum colorum, & fere ſericæ, panni enim ſerici hic vili precio veneunt, ita ut holoſerici ulna decem regalibus venundetur, & cæteri ad eundem modum. Panni quoque linei vel potius goſſypini tanta copia ex India inferuntur, ut viliſſimo precio haberi poſſint.

Nobiles valde addicti ſunt magicis ſcientiis, & ſcientiæ imprimis quam vocant ſanctam, quæ ex Alkorano hauritur; unde hic plures habent Alfaques

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

& Profeſſores qui publicis ſtipendiis in ſingulis pene urbibus aluntur.

Ædificia omnia fere ſunt è lateribus ſtructa; non pauca quoque lignea; univerſa autem ut plurimum habent hortos.

Duo hic minime prætereunda ſunt, ritus publici nuptiarum, & ſepeliendi mortuos; in quibus Perſæ aliquid habent peculiare.

Sponſalia quidem & nuptiæ hic celebrantur, quemadmodum à quodam noſtrate oculato teſte accepi, ad hunc modum; Adoleſcens jam nubilus, & conjugari affectans, per parentes aut ſi illi deſiderentur per proximos agnatos inquiri curat virginem aliquam ætati & dignitati ſuæ convenientem, neque enim virgines hic vulgo videntur à maribus; & ubi condicio placet; per patrinos ſuos, qui circumciſioni illius adfuerunt, virginem à parentibus facit poſtulari; ubi autem jam inter partes convenit, auſpicato die prodit ſponſus, cum amicorum magno comitatu in equis, pro dignitate ornatus: & ſponſa ad eundem modum, faciem & totum corpus peplo quodam velata, & dextro tantum brachio nudo & exſerto; & poſtquam palam in conjugium diſertis verbis conſenſerint; eo comitatu deducuntur ad æ-

des

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

tes *Cady*, ubi coram *Mulah* denuo interrogantur, de conſenſu tam parentum, quam contrahentium; qui ubi annuerint, nomina conjugatorum, dies & hora à Cady pariter atque mutati referuntur in commentarium, & manus teſtium copulantur, & juramentum præſtatur in nomine Dei, Mahumetis & Aly. Hinc eadem pompa deducuntur ad ædes ſponſæ, & poſt choreas & ſympoſium introducuntur conjugati in conclave nuptiale; poſtquam ſponſa ante in balneo ſe abluerit; ſponſus autem poſtquam ſponſam cognovit mane intrat balneum, & nova nupta rurſus veſpera; atque porro ad octiduum. Addit Ioannes de Perſia, mares & fœminas ſeparatim choreas ducere; & prima nocte, vetulas quaſdam conclave ingredi & linteum proferre ſanguine maculatum, quod ſponſi cognatis oſtendunt; ſin contra accidat, ſponſum cum cognatis ſe ſubducere, & ſponſam repudiare. Obſervat quoque noſter; etiam conjugia hic initi ad certum tempus, quo abſoluto, conjugati liberi ſint à vinculo matrimonii.

Sepeliendi ritus & pompa variat pro mortuorum condicione & dignitate. Ioannes de Perſia ſcribit, primæ dignitatis ad hunc modum inhumari. Præcedunt cadaver omnes domeſtici, cor-

pus nudi uſque ad cincturam, & brachium dexterum vulnerati, ita ut largus ſanguis emanet, inter quos & filii atque hæredes defuncti. Cadaver autem trahitur funibus à ducentis hominibus, qui orationes fundunt Mahumetæ. Hoſce autem præcedunt viginti adoleſcentes, qui bini humeris bajulant ſedile ſumtuoſum, & Alkoranum alta voce intonantes. Hos quoque antecedunt plurimi cum ramis viridibus, & imaginibus & corollis florum, & variis fructibus pro anni tempeſtate. Agmen claudunt equi defuncti, cum armis atque trophæis illius, qui ducuntur ab equitibus, ad eundem modum nudatis & ſauciatis. Cum hac pompa adeunt fontem aliquem, ubi cadaver abluitur, & munda ſindone involvitur; & revertentes verſus monumentum, elargiuntur omnis generis annonam pauperibus. Inhumato autem cadavere eodem ordine & pompa regrediuntur in oppidum: cognati denique anno pene integro ſtatis temporibus accedunt monumentum ut defunctum plangant.

A Belga oculato teſte accepi, tam inopum quam opulentiorum cadavera ſtatim ablui, & munda ſindone involvi & ad ſepulcrum deduci tam extra quam intra oppidum, cum confuſo multorum hominum comitatu: niſi quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

milite aliquo aut tribuno defuncto, omnes illius equi inſigni pompa, armaque prægeſtentur; & tympanis atque aliis muſicis inſtrumentis accinatur.

Arma Perſarum (inquit *Minadous*) quibus ut plurimum in bello utuntur, ſunt machæra, lancea, & arcus atque ſagittæ: machæræ tamen uſus ipſis eſt familiarior, quam cæterorum armorum. Nonnulli bombardas tractant, quibus ab Iſmaële & primis Tamaſi annis ſunt aſſuefacti. Plerique ferreis thoracibus, atque galeis, quas globuli tormentarii vix penetrant, ſeſe muniunt. Reperiuntur, qui equos armis ſolidiſſimis & optimis contegunt. Equi apud eos reperiuntur generoſi, qui Perſicorum, quos Strabo pro Regibus in Armenia aſſervatos fuiſſe ſcribit, naturam imitari videntur. Velocitate curſus, robore & ferocitate in acie præſtant, & facile quævis addiſcunt: non ephippiati, ſunt manſuetiſſimi, armati vero bellicoſi, & facile seſſoris imperium patiuntur, unde mirum non videbitur, quoſdam eorum mille, alios mille trecentis aureis venditos fuiſſe.

Qui militiæ nomen dant, nobili plerique orti ſunt proſapia; quibus fere innatum eſt, fugare potius alios quam fugari. Quos ſi cum Turcarum exercitu

com-

compares, qui plerumque è multarum regionum convenis & miſcellaneo, inutili ac vili hominum genere, fugæ & rapinæ dedito, conſtat, merito his illos præferes. Ipſos Perſas quod attinet, ut plurimum ingenio vafro præditi, inſidiis & fraudibus alios ſtudent circumvenire: fidei minima ratio apud illos ducitur, quo vitio fere cuncti barbari laborant: Imperii ſunt impatientes, novitatis ſtudioſi, quod malum Perſæ quovis tempore in ſinu foviſſe videntur, unde non modo Regibus à ſubditis, verum quod deteſtabilius eſt, parentibus ab ipſis filiis ſtructæ fuerunt inſidiæ.

Nulla autem re magis deterrentur Perſæ; quam catapultis ignivomis & bombardis: & tamen iis ſpretis munimenta caſtrorum hoſtilium ſæpius aggredi & tentare ſubitis excurſionibus audent. Sed tormentorum uſum ipſi nondum exactè dedicerunt, idque potius ex cæca quadam ambitione, quam quod piaculum ducant contra hominem tam crudele armorum genus uſurpare: vel quod arte aut materia, è quibus illa conflantur, deſtituantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

I V.

De Perſarum religione, & quid diverſi habeant à Turcis.
E Leonclavio.

PErſæ inimiciſſimi ſunt tribus Mahumetis prophetæ ſociis, Ebubekiri, Omeri & Oſmani, ſtudioſiſſimi autem quarti, videlicet Alis. Iidem Perſæ tradunt, Angelum Gabrielem, quum è cœlis in terras portaret Alkoranum, (quo libro Mahumetanorum lex continetur) Ali reddendum, errore quodam eum Mahumeti obtuliſſe: Deumque, velut ea re nequaquam offenſum, qui Mahumetem quoq; tali dono gratiaque dignum videret, plane nihil obloquutum eſſe. Præterea dicunt iidem Perſæ, primam uxorem Mahumetis, cui nomen fuerit Aïſche, nunquam fuiſſe caſtam. Immo prophetam Mahumetem, qui ſe putaret inventurum virginem, ac pudicam, reperiſſe plane contrarium. Addunt etiam, quod exſtincto propheta Mahumete, quum Alis, propinquus & gener ejus, electus eſſet Califes ſive vicarius & ſucceſſor ipſius; Ebubekir favore malignorum quorundam adjutus, per injuriam, contra factum à Propheta teſtamentum, ſe conſtituerit Califen. Idem poſt

poſt ipſum, reliquos etiam duos, Omarem & Oſmanem factitaſſe. Alim interea in quadam ſpelunca ſemet abdidiſſe donec omnes ordine morerentur, atque ita tandem eis ſucceſſiſſe. Quum ergo tres iſti contra ſupremum elogium teſtamenti, præceptumque prophetæ Mahumetis deliquerint: nullam iis Perſæ fidem adhibent, quæ à tribus illis vel tradita voce vel literarum monumentis prodita ſunt. Immo ubicunque libros ipſorum & ſcripta reperiunt, confeſtim flammis exurunt & crudeliter in eorum obſervatores animadvertunt. Iidem Perſæ Scachum ſive regem ſuum adorant ac ita venerantur, ac ſi Deus quidam terrenus eſſet. Non etiam quinquies interdiu noctuque precari ſolent, Oſmanicorum more, ſed ſemel duntaxat.

Ad ſummam, ſectatores ſunt religionis à doctore quodam eis traditæ, cui nomen fuit Sceiches Haidar: & quidam ex ipſis alterius quoque doctoris veſtigiis inſiſtunt, quem Imamum Haruſtim appellant. Hi duo doctores vel Imami extiterunt in urbe Perſarum Reza, quo tempore vixerunt Erdebil, uſum Chaſſanis Scachi Perſarum gener & Scachus Iſmaël, ejus nominis primus, Erdebilis filius, Vſſun Chaſſanis è filia Marthæ nepos. Quumque doctores hi tam concionan-

[ser]monando, quam ſcribendo ea propoſuiſ-
[ſ]ent, quæ diximus, duo illi principes Er-
[d]ebil & Iſmael pater & filius, eorum
[d]octrinam ſectamque probarunt & am-
[p]lexi ſunt. Ac filii quidem Iſmaelis co-
[g]nomento Sophini, ea felicitas fuit, ut
[n]ovæ religionis, quam Sophinam voca-
[b]unt, fama confluentibus ad ipſum par-
[t]is initio, deinde majoribus hominum
[c]opiis, tandem prœliis victos Perſarum
[r]eges, Iacupem avunculum ſuum, ejuſ-
[q]ue filium Aluantem, occiderit; ac ſibi
[r]egnum ſubjecerit, ad poſteros etiam di-
[g]nitate regia in hunc uſque diem propa-
[g]ata. Nihilominus illi duo Perſarum
[I]mami ſive doctores, Haidar & Haru-
[t]is, non Oſmanicorum duntaxat, ve-
[r]um etiam aliorum Mahumetanorum
[e]xſecratione damnantur tam in Barbaria
vel Africa, quam in Kezuſbaſſæ latiſſimo
[i]mperio, qui magnus Tartarorum Chan
[C]hitainus vulgo dicitur.

Paulo aliter hæc narrantur ab aliis,
[u]ti poſtea apparebit, quum peculiari ca-
[p]ite de origine Regum Sophinorum age-
[m]us.

Obiter autem hic ex eodem annotan-
[d]um: Annales Kezienbaſſam, familiari
Turcis nomine, Chanem illum appellant
[C]hitainum; qui Vlu-Chan diſcriminis
[c]auſa vocatur, id eſt, excelſus aut ſum-
mus

mus Chan ſive Rex Tatarorum. Keſziebaſſa, ſi verbum verbo reddas, filtrinum caput ſignificat. Ita tum in genere Tatari Chitaini nominantur, à capitum tegumentis è filtro factis: tum peculiariter ipſorum Chan vel Princeps maximus: perinde ac Perſas in genere dicimus Keſilbaſſilarios, à rubris capitum tegumentis & ipſi peculiariter eorum Scacho nomen Keſilbaſſæ tribuimus. Tegumenta vero capitum hæc Tatarica viridis in univerſum coloris ſunt, quo ſingulari quodam jure ſive privilegio ſe uti adſerunt omnes propterea, quod ortam à propheta gentem univerſam glorientur. Quippe non utuntur apud Turcos & ceteros Mahumetanos veſtitu viridi, niſi qui genus ſuum ad Mahumetem referunt: ac præſertim aliis, extra hos, viride capiti tegumentum adhibere, piaculum fuerit.

E Wilhelmo Schikardo in Tarich.

Non alienum ab inſtituto fore puto, ſi de ignis cultu Perſis olim ſacerrimo, nec hodie prorſus abolito, aliquid obiter interſeram. Refert Strabo ſub finem lib. XV. quod plures quidem Deaſtros colant, ſed maxime ignem, cui ſacrificent lignis non niſi melioribus & decorticatis, oleo ſuperaffuſo, addit vero

pecca-

eccatum cenſeri, ſi quis illum injecta re
ordida quacunque contaminet; aut ha-
tum ore tántum aſpiret, idque ſuppli-
io capitis luendum: foveri ergo non
nſufflando ſed ventilando. Procopius
b. 2. de bell. Perſ. tradit in Ardabigara
oreali oppido Aſſyriæ Pyreum illud eſ-
, ubi perpetuum ignem cuſtodiant Ma-
, quem cum Veſta Romanorum com-
arat. Agathias lib. 2. etiam in pluribus
diculis ait, ignem hunc perennem aſſer-
ari & velut oraculum interrogari de fu-
ris. Omnium vero explicatiſſime hunc
tum deſcribit Iudæus Benjamin in Iti-
rario, hiſce verbis; Ante aram ædium
cratum, eſt ingens fovea, in qua con-
nuatis ſeculis ardet ignis maximus,
em appellant divinitatem. Per eum
ducunt filios ſuos (expiandi cauſa lu-
ant ſine noxa tamen) mortuos vero
orſus illuc injiciunt. Pergit Rabinus &
mmemorat admirandam devotionem
ltæ gentis, quod qui ſanctitatis affe-
nt opinionem, ſe vivos in hunc ignem
æcipitent, & magno ſpectantium ap-
auſu, voluntarium ſuſtineant marty-
um, quod me illius Peregrini admonet
Luciano, qui ut aliis ludos exhiberet,
i cruciatus fecit, in Olympiaca pane-
ri ſeipſum ſponte comburendo, ſal-
m ut nominis famam pararet. Sunt in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

ter illos (inquit Benjamin) de magnati
bus terræ, qui devovent ſemetipſos in vi
ta, ut comburantur igni, cumque id ſui
familiaribus & propinquis denuncian
ecce votum feci ſpontaneum, ut inſ
liam in ignem vivus! Reſpondent omn
& acclamant illi; ô te felicem & beatun
quando autem appropinquat dies execu
tionis, parant ei convivium lautum, ip
vero vel vehitur caballo, ſi dives eſt, v
ſi pauperior, pedes incedit, uſque a
marginem foſſæ, ibi dum præceps ruit
flammas, omnes cognati ejus lætantu
tympana pulſantes & agentes chorear
donec totus conflagret. Vt vero cogn
ſcas, quænam illa perſuaſio tam effic
eſſe poſſit, ut vitam ſic prodigere veli
imo gaudeant cruciari, percipe ulteri
inſignem diaboli aſtum, qua ratione cr
dulis hominibus illudat.

Appetente (inquit Benjamin) ter
die, veniunt bini ſacerdotes de prim
ribus, in ædes combuſti & dicunt hæ
dibus ejus: parate domum, nam ho
accedet vos pater veſter, ut præcip
vobis quid faciendum ſit. (ſignificet
timam voluntatem, quaſi Teſtament
conditurus poſt fata). Accerſitis ergo
ſtibus ex urbe, apparet Satanas illius
bitu. Tunc uxor & liberi ſciſcitant
quomodo ſe habeat in altero ſecu

reſpondet : veni quidem ad collegas
meos, ſed illi me noluerunt recipere
prius, quam ſolverim univerſa debita,
familiaribus æque ac vicinis. Partitur
itaque opes ſuas hæredibus, jubens diſ-
ſolvere quicquid ipſe debeat aliis, & exi-
gere viciſſim quod illi debeant ſibi. Has
expenſas conſignant advocati Teſtes, ut
ille abeat viam ſuam (nec diu detineatur)
deinceps non cernunt illum ullatenus.
Tali mendaciſſima faſcinatione, quam
edunt magici ſacerdotes, confirmantur
illi, ut dicant (de ſuperſtitione glorian-
tes) ſimile quid non accidere in ulla ter-
ra (hoc eſt ejuſmodi religionem, tam
evidentibus miraculis conſpicuam, non
reperiri in orbe toto.) ne quis vero exi-
ſtimet me loqui de re pridem omnino
antiquata, *Teixeram* audiat, qui teſtatur,
quamvis hodierni Perſæ maximam par-
tem Alkurano ſint addicti, ſupereſſe ta-
men etiamnum plurimos gentiles, qui
ſic ignem colant. Eos ad Mahummeda-
norum differentiam tradit vocari *Gaor-*
Yaſdi; quos ego Ethnicos Yaſdenſes in-
terpretor: quanquam author ille vocu-
lam Gaor, à cultu bovis deducere cone-
tur, quod Perſice *Gao* ſignificet vaccam
(cui noſtrum *Kueh* conſonat) ego ta-
men potius à Turcico *Gaur* derivaſſem,
quod infidelem notat & opponitur Mu-

ſulmano. Circa urbem autem Yaſd, reperiuntur adhuc hodie ejuſmodi ignicolæ (uti ſupra meminimus) qui fanum habent in monte *Albors*, ubi à tempore *Kajomarrathi*, huc uſque, jam ultra xxxv ſecula, ignis arſit continue, nec unico interea momento extinctus fuit; unde non mirum eſt ipſos, antiquitate ſuperſtitionis ſuæ fretos, Mahumediſmum noluiſſe admittere.

Cæterum ut ad Perſarum qui Mahumetani ſunt religionem revertamur, habent Perſæ non minus quam Turcæ varias ſuperſtitiones, etiam perridiculas; quarum unam inveni à noſtratibus obſervatam. Solet Sacerdos ſummus qu[i] Mechæ agit, ut plurimum menſe Octobri, filium ſuum mittere cum Camelo ad id devoto, quem primo per urbem ducunt, ubi à vulgo ipſi pili toto corpor[e] detrahuntur; deinde magna pompa ipſ[o] Rege atque aulicis omnibus comitantibus educitur in patentiſſimum campum atque hic Rex pedes Sacerdotis illiu[s] deoſculatur; tum Camelus ab hoc bene dicitur aut potius ſolemni carmine devovetur; accurrit deinde Doraga ſiv[e] prætor, transfigitque Camelum lancea cui deinceps ab altero caput amputatu[r] acinace: quibus abſolutis, fex vulgi atque etiam honeſtiores, tanta celeritat[e]

cada-

cadaveri incumbit, & particulas diſſecat atque auferre conatur, ut non raro plures vulnerentur, & pauci aliquot aut conculcentur aut ad mortem vulnerentur. Hoc feſto ſe memoriam ſacrificii Abrahami celebrare profitentur.

Novi anni auſpicia celebrant menſe Martio, ſumma celebritate, vocant *Narou*, duratque quindecim aut ſedecim diebus.

Menſe Iulio ſolvunt exequias Ali Prophetæ magna ſolemnitate, vocant *Caddier.*

Vigeſimo quinto celebrant memoriam Baptiſmi S. Ioannis, vocant *Auvvratſian*, ludicris cæremoniis; aſpergunt enim ſe invicem aquis, & commaculant cœno ante Regis palatium, qui ſingularem ex eo capit voluptatem, præſertim ſi quis aulicorum aut etiam magnatum vulgi licentia fuerit inquinatus.

Ramadan denique non minus ſuperſtitioſe & ſtricte ſervant quam Turci; adeo ut à Belga, qui viderat, acceperim, duos qui jejunio illo durante, potu ad ebrietatem ſe ingurgitaverant, plumbo liquefacto in os infuſo, publice fuiſſe enectos.

Celebrant quoque initio Octobris feſtum quoddam, quod vocant, ut à noſtratibus accepi, *Iedt Ouſſent*, quo cele-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

brant memoriam ſupplicii ſumpti de ſervo aliquo, qui prophetam *Ali* interfecerat; idque octiduo noctu atque interdiu, cum magno tumultu & feſtivitate; parricidam illum è ſtramine efformatum & veſtibus indutum circumgeſtant per urbis plateas, ſagitta per nares trajectum; denique cum aliquot militum cohortibus ducunt extra urbem, & conſtituunt imaginem in medio, ubi à Sacerdote oratio habetur, & cantilenæ aliquot cantantur in laudem Ali & parricidarum deteſtationem; denique incenditur caput imaginis pulvere tormentario ſuffartum: ibidem oſtentantur arma quædam Ali: circumſtantes autem incidunt partes corporis & eliciunt ſanguinem, & remittunt invicem noxas, reconcilianturque in ſpeciem; Magnates quoque copulant dexteras inter ſe, & Rex complectitur principales in ſignum pacis & amicitiæ. XIII Octobris celebrant memoriam Huſſeni filii Ali qui ſiti enectus fertur; Rex enim & magnates tum induunt veſtes lugubres, neque decem diebus ſibi comas aut barbam radi permittunt: lugubres autem hi dies demum XXIII ejuſdem menſis magna feſtivitate & multis ludicris terminantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

V.

De Regimine politico & civili Perſarum Regni.

REgnum Perſarum haud dubio monarchicum eſt, nam penes unum Regem univerſa poteſtas eſt tam in ſacris quam profanis; quum & ſe ſupremum ſacerdotem ferat, & unicum legum ferendarum & abrogandarum dominum.

Perſæ autem, ut ait Teixera, vocant Regem ſuum *Xa* ſive *Patxa*, id eſt Regem; (quod nomen Latini ſcriptores ferè efferunt *Scachus:* Leonclavius autem *Padiſchach*, quod eſt idem cum *Patxa*, pantocratora velut habentem univerſum imperium, regemque regum) atque etiam *Sahayb*, quæ vox ſonat dominatorem.

Quinetiam attribuunt illi titulum arrogantiſſimum *Kadahon*, id eſt, divinum, nam Kodah in lingua Perſica denotat Deum.

Licet autem regnum hoc ita ſit abſolutum, tamen non ita accedit ad Tyrannidem, quam Turcicum, ut recte obſervat Boterus; nam non tantum nobilitas hic maximi fit à Regibus, omnibuſque rebus tam pace quam bello gerendis adhibetur; ſed & plures in hoc regno ſunt principes, licet vaſalli, qui & opibus &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

potentia excellunt, inter quos haud infimum locum obtinet dux Schiraz. Hiſce autem vulgo tribuitur nomen Chanis vel Hanis C aſpiratione forti, id eſt principes.

Neque tamen Reges hiſce ſemper obnoxii ſunt, licet temporibus Codabendæ regnum in diverſas partes diſtractum fuit, collapſa tum imperii majeſtate: nam ut Petrus del Valle teſtatur, Rex Abas, ne quidem ut conſiliariis illis utebatur, ſed pene omnia per ſe ſolus ordinabat: nonnunquam autem in graviſſimis negotiis, pro libitu hujus aut illius conſilium requirebat; neque tamen ſequebatur niſi quod ipſe maxime probaret.

Tamaſus (inquit Minadous) filio ſuo Iſmaëli, qui ei in imperio ſucceſſit, ſeptuaginta reliquit præfecturas, quarum Præfecti Sultan & Chan (quæ nomina Baſſis quoque Turcarum conveniunt) vocantur. Horum quilibet urbem quandam præpotentem, quarum ſeptuaginta erant regebat, & in alias urbes minores arces & oppida, juriſdictionem abſolutam habebat, unde exercitus colligi & milites conſcribi poterant. Quæ autem hæ ſeptuaginta urbes fuerint, quibuſque nominibus inſignitę, abſque ſumma difficultate plene ſcire nemo poterit, attamen præcipuarum quarundam nomina,

quæ

quæ nobis innotuerunt ponemus: Sumachi ſcilicet, Sechi, Eres, Seruan, Derbent, Caracach, Ardovil, Tauris, Reivan, Genge, Hiſpahan, Maſandran, Gheilan, Heri, Caſſan, Shiras, Starabat, Chilminar, Candahar, Ieſd; Sapanec, Sultania, Bargo, Com, Coran, Seva, Caſbin, aliæ. Harum ut dixi imperium in alias quoque urbes minores, arces, oppidaque ſeſe extendebat. Hiſpahan à duodecim Sultanis gubernatur, Caſbin ſive Arſacias Rex præeſt cum tribus præfectis. In Heri ſunt alii tres præter Abas Mirza, & totidem in Candahar cum Ruſtan Mirza. Hæc ille.

Porro quo ad civile regimen, juſtitia hic ſatis bene adminiſtratur, & crimina ſevere admodum puniuntur, & exquiſitiſſimis atque adeo crudelibus ſuppliciis crimina graviora, imprimis autem adulteria, quæ in gente tam luxurioſa, & ea fœminarum impudicitia non niſi frequentia eſſe poſſunt: deinde furta etiam minima; poſtremo autem latrocinia in agris perpetrata, unde fit ut itinera etiam in vaſtiſſimis & incultis regionibus hîc tutiſſima eſſe prædicentur. Accepi à quodam oculato teſte aliquot exquiſita ſupplicia furibus & latronibus irrogata, quæ vel audita horrorem incutiunt. Hanc autem ſeveritatem in caſtigando, & crude-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

crudelitatem in plectendo in hoc regno perneceſſariam eſſe, aſtruit *Petrus della Valle*: Scribit enim hanc eſſe populi hujus ferociam, ut non niſi ferrea virga facile poſſit coërceri. Non eſſe autem mirum nobis hæc ſupplicia atrocia atque crudelia videri; verum (inquit) ego, qui leges eorum & ingenia gentis perſpexi, & gentis obſtinatam duritiem, ſeveritatem illam facile neceſſariam eſſe judicavi: nam populi iſti nequaquam metuunt communem mortem; neque ſupplicia apud noſtrates uſitata, ſed exquiſitis ſuppliciis à maleficio deterrendi ſunt. Vnde fit, ut furta, & homicidia caſu inter rixandum commiſſa, hic quoque uti apud nos capitis ſupplicio plectantur: verum cædes clandeſtinæ, aut latrocinia in viis publicis aut in agris facta, raptus item aut alienarum uxorum violentæ corruptiones, imprimis honeſtarum ſtupra, pauperum oppreſſiones, enormes itidem fraudes contra fidem publice datam; rebelliones, crimina majeſtatis, & ſimiles graves exceſſus, atrociſſimis pœnis coercenda ſunt; neque enim aliter ab iis abſterrentur Perſæ in omnia vitia proclives. Quare aſſaſinis hic ventrem diſcindunt; alienarum uxorum ſtupratoribus violentis, membra amputant genitalia; adulteras de alta turre præcipitant;

ant: atque ad eundem modum enormia celera horrendis plectunt ſuppliciis.

Offendes adhuc nonnulla quæ ad hoc aput ſpectant in parte ſecunda. Addam ic adhuc unum locum è Minadoi libro 1. de bello Turco-Perſico: Arſaciæ (inuit) moratur præcipuus Perſarum Saerdos, quem Muſtaed Dini, ſeu principem Legis vocant, Turci eundem nomiant Mufti; qui in reliquis urbibus ſunt, uic ſoli parent. Non tamen hic jus eliendi vel ad libitum creandi Sacerdotes abet, quoniam illud penes ſolum Reem eſt, qui Mahumeten & Aly imitaus, non modo res ad regni ſtatum pertientes, ſed & ſacra curat, verum evitanli majoris laboris cauſa munus electionis aliis concedit. Huic Muſtaed Dini arent quoque Califæ, qui verè ii ſunt, qui ipſorum cultum divinum in Moſceis peragunt: præcipuus horum Regi coronam in inauguratione imponit, quod Caffæ quondam hodie Arſaciæ fieri conſuevit, quum Caffam adire Turcæ non permittant. Tres inſuper Sultani Arſaciæ commorantur, quibus totius imperii Perſici cura permiſſa eſt, diverſa tamen officia gerunt. Vnus eorum militiæ præeſt, reliqui duo fiſcum & reditus atque ærarium curant regium: Hos Turcæ *Deffadar* vocant. Perſæ ſupremos duos Cancella-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

cellarios, qui Arſaciæ ſunt, *Mordar* vocant: hi leges, decreta, & literas regias ſcribunt, alter ſigillum tenet, alter ſubſcribit Regis nomine. Ibidem judices duo, quos *Caddi* Turcæ appellant, in litibus omnibus & controverſiis civilibus jus reddunt: in criminalibus quæſtio & teſtium examinatio ipſis commiſſa eſt, quæ diligenter in libello conſcripta, quem *Sigil* vocant, Sultano urbis præfecto tradunt, qui latam poſtea ſententiam more gentis exequitur. Quæ in regia hac urbe magiſtratuum & munerum ratio eſt, eadem in aliis urbibus obſervatur: omnia tamen à nutu & voluntate Regis dependent. Præcipua autem in regno Perſiæ officia, hæc fere nomina habent, Scha, Miriza ſeu Mirize, Chan & Sultan, Mordar, Deſtardar, Caddi, Muſtaedini, Caliſe.

Video ab aliis quoque mentionem fieri *Hacom* & *Darogæ*; quorum hic veluti prætor eſt urbanus.

VI.

Potentia & opes hujus Regni Perſici.

Regis Perſarum potentia ex eo primum poteſt æſtimari, quod tam vaſtum

ſtum terrarum ſpatium, tot provincias, tantas urbes poſſideat; & ut teſtatur Petrus del Valle, hodie regnum hoc pateat bene ab Indo flumine uſque ad Euphratem; & in latitudinem circiter viginti gradibus inter Auſtrum atque Arctum. Secundo ex opulentiſſimis mercibus quæ in Regno illius proveniunt, præſertim ſerico, cujus copia & bonitas incredibilis videtur.

Communis eſt opinio omnium (inquit Minadous lib. 2. de Bello Turco-Perſico) qui rerum Perſicarum notitiam habent, ſub Tamaſi imperio quinque auri milliones annuos vel circiter in Regni ærarium collatos fuiſſe: ipſe autem ſingulari uſus ſtratagemate, longe majorem eam ſummam effecit, ut ad octo milliones accederet. Edixit enim ſeveriſſime, ut omnis generis monetæ duplo quam ante precio vænirent, & paſſim ab omnibus eo valore expenderentur & acciperentur: ſuis quoque militibus ea pecuniæ æſtimatione ſtipendia ſolvit. Sub hoc autem Rege reditus annui, ut communis fama eſt, duos auri milliones vix excedunt. Non enim ea in Mahemete acquirendarum divitiarum eſt induſtria, quæ in Tamaſo fuit: Neque eadem ipſi quæ Tamaſo à ſubditis præſtatur obedientia. Hæc autem ærarii diminutio par-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

partim inde procedit, quod tot opulenta ditiſſimæque regiones huic imperio à Solymano aliiſque Turcarum Imperatoribus ademptæ fuerunt; & imprimis Meſopotamia; Aſſyria & Ergirum; partim etiam quod tributa à Georgianis & aliis regni ſubditis non perſolvuntur. Hæc ille.

Verum quum ſatis conſtet ſuperiorem Regem Aban, non modo hæc omnia recuperaſſe, ſed & provincias opulentas imperio ſuo adjunxiſſe, ut *Lar, Candahar, Harmuzium*, alia: par eſt credere ingentem Theſaurum quotannis in ærarium illius inferri.

Vt autem melius appareat quibus modis Rex Perſiæ Abas, immenſas opes in ærarium ſuum derivarit, operæprecium me facturum exiſtimavi hic inſerere memorabilem locum è commentario Petri del Valle, qui in commentario ſuo de condicionibus Abbas Regis Perſiæ ita infit. Regi valde placet aurum: quantumque aliunde in ipſius Regnum infertur, id univerſum ſibi ſumit, juſto illius pretio perſoluto, & ex illo efformari curat grandia vaſa, magni quidem ponderis, ſed levis operis, quorum copioſiſſimam habet ſupellectilem & grandiſſimi valoris: quæ ſecum ducit, quocunque movet, atque adeo in caſtris, tum ut illis

utatur

tatur & regiam magnificentiam oſten-
et in publicis conviviis ſecundum regni
onſuetudinem, extraneis qui magno
iumero ad aulam ipſius ſolent accurre-
e: maxime vero ut neceſſitate urgen-
e, quam minima jactura illud converte-
e poſſit in nummos. Et quia, inquit, ſu-
ra facta eſt mentio, de commerciis quæ
pſe Rex exercet, ob quæ ab aliquibus,
qui minus rationes illius intelligunt, ac-
cuſatur animi vilis & abjecti, non poſ-
ũm omittere hæc ab ipſo conſulto fieri
& quidem ſalutari regno ſuo conſilio,
atque adeo maxime neceſſario. Solent
continuo provinciæ illius frequentari à
numeroſiſſimis Caravanis, ut vocant, ſi-
ve numero mercatorum qui ex India,
Tartaria, & aliis longinquis regionibus,
merces varias adducunt immenſa copia:
& tantus eſt mercium numerus ut diffi-
cillime reperiri poſſint mercatores, qui
univerſas emant; nam exempli gratia
interdum adveniunt trecenti cameli onu-
ſti pipere; aliquot centeni cameli onuſti
Turbantis; atque ad eundem modum
pluribus mercibus exoticis: ita ut aliquot
millia camelorum quotannis adducan-
tur, & omnimodæ merces immenſo nu-
mero: quas & minutatim vendere mer-
catoribus longum, & magnæ expenſæ
foret. Quare Rex ut hiſce incommodis
obviam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

obviam eat, & merces exoticas univerſas ſimul emit, & in regno ſuo natas aut vendit aut evehendas curat, magno tam exterarum quam ſuorum commodo: contrahitque cum exteris pro immenſis ſummis, eiſque ſolvit partim nummis, partim mercibus Perſicis, aut etiam exoticis quas ſibi comparavit: ita ut exteri brevi tempore abſolvantur; & regnicolis quam optime neceſſaria ſubminiſtrentur. Quare nulli fas eſt cum exteris contrahere, antequam miniſtri regis, ad id deputati, merces luſtraverint: & aut illas in uſum Principis emerint, aut refutaverint, facta aliis eaſdem emendi facultate. Cogitur quoque Rex in regno ſuo, aliam mercaturæ formam inire: nam quum univerſi pene illius reditus, promanent è terris quas poſſidet ad modum privatorum (nam pauca ſunt in regno illius tributa aut vectigalia, aut ſaltem non magni momenti) fructus qui ex iiſdem ad ipſum perveniunt, (poſtquam aulæ ipſius abunde fuerit proviſum, & militibus itidem quibus illos elargitur juſto precio, ſtipendiorum loco) aliis, quibus opus eſt, vendit. Neceſſarium quoque eſt ut venundet fruges terrarum, quas infinito numero poſſidet in omnibus Regni ſui provinciis, proportione vere regia. Præterea cum militiæ illius

robur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

robur conſiſtat in numeroſis equitibus; quibus ſane Turcis præcellit & numero & velocitate; plurimos equos ſolet alere & propagare, quos aut bene de ſe meritis donat, aut militibus ſuis ſtipendiorum loco venundat. Merces quoque quæ in Regno illius proveniunt, ingenti quidem numero, ſed parce in ſingulis locis, uti goſſypium & ſericum, quorum bene ſinguli oppidani in univerſis urbibus aliquantum colligunt, à nemine coacervari præterquam ab ipſo poſſunt, insigni opportunitate & compendio exterorum mercatorum; qui hoc pacto ingentem copiam, & aliquot navium interdum onera (uti Anglos & Belgas facere ſatis conſtat) brevi tempore ab ipſo Rege poſſunt comparare;& ſuorum quoque levamento, quibus nihil neceſſe eſt, urbes ſuas egredi & merces ſuas cum moleſtia & ſumtu alio traducere. Hæc ille.

Veriſſimum eſt quod ſcribit de aureis vaſis, nam accepi à quodam noſtrate tantam eorum in aula uſurpari atque exponi in ſolemnibus conviviis copiam, ut ſpectatores obſtupefaciat. Poſſem ad eundem modum meminiſſe contractuum, cum Anglis atque Belgis initorum; ſed hæc prævulgata ſunt. Narrat quoque noſter anno cIↃ IↃ c XXIII dum ibi verſaretur, è Chane Schiras Regi Per-
ſarum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

ſarum fuiſſe oblata quadringenta ſexaginta quinque millia florenorum in parata pecunia; quadraginta & novem amphoras ex auro abſoluto; & duas ſupra ſeptuaginta & argento; præter alia quamplura magni pretii, quæ à trecentis quinquaginta Camelis vehebantur.

Accepi ab eodem & catalogum præcipuorum Ducum, & quantum equitum numerum poſſint adducere, atque ſervitiorum:

Eman-Couly Chan Schiraz & Gorgeſtan præfectus	25000.
Daud ipſius frater Chan alterius provinciæ	12000.
Iſaghan Beeck militum ſupremus præfectus	24000.
Seffy Chan præfectus Bagdat & vicinæ provinciæ.	15000.
Achmet Chan filius Alou Chan	15000.
Goeſſerot Chan præfectus Arabeſtan	10000.
Kaſah Chan præfectus Schyrvan & Saumachi	12000.
Mahomet Ghan præfectus Gengiæ ſive berdes	8000.
Percker Chan pręfectus Gorſiſtā	10000.
Emir Goene Chan præfectus Yrewan	20000.
Haſſan Chan præfectus Hrey vel Ere	10000.

Aſſur

Aſſur Chan præfectus Merwan	12000.
Mauweſer Chan	10000.
Guſſerof Chan præfectus Farabad in Media	15000.
Hamſa Cham præfectus Darab	7000.
effy-Couly Chan fil. Eman. Couly præfectus Harmuzy	16000.
ergagolie f. Gangiæ Aly Chan præfectus Candahar	4000.
aha-Vdeur Chan, judex;	6000.
taman doulet ſupremus Vezirius	17000.
edder ſupremus Cadiorum	12000.
amoen Ducibus major	18000.
Huſſen	19000.
Guſſeroft Mirza præfectus provinciæ Tauris	12000.
in univerſum equites	309000.

Peditum autem ſupremus præfectus ſt Mir Fatta, qui ſub ſe habet quadragin- a quinque Subbaſſas ſive Tribunos mi- tum, quibus ſingulis centum aut ducen- atque etiam plures pedites parent.

ly Beeck præfectus Subbaſſarum præeſt	12000.
aſſack Beeck præfectus mancipiorum regiorum	12000.
hiaus Beeck præfectus mancipiorum	8000.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Otthâr Beeck prætor Ciolſalinorum præfectus	4000.
Nazer Beeck ſupremus machinarum præfectus	4000.
in univerſum pedites	40000.

Tempore autem Codabendæ ſcribi Minadous; educi potuiſſe ex Hiſpahan & territorio illo ſubdito equites 8000

Bargo	2000.
Caſian	4000
Seva	1000.
Sultania	1000
Caſbin	12000
Ardevil	1000
Schiraz	8000
Tauris;	4000
Com vero & Cuchiuc Tauris	2000
Genge & reliqua pars Georgiæ	4000

Reperiuntur (inquit) & alii maxim numero, qui ſtipendia merent & qu ſponte militiam ſequuntur. Omnibus au tem copiis hinc inde collectis numerum 60000 equitum vix efficient, modo e locis, quos jam nominavi, debita auxi lia compareant. Quod ſi reliqui Princi pes, qui hactenus contumaces, in bel comparere noluerunt, ſubſidia juſta mi terent, exercitus 130000 vel 14000 militum colligi poſſit. Ex quibus appa ret, poſtquam Abas Rex omnes provin

ci

rias ad obſequium reduxit, & Regnum tantopere auxit, quanta facta ſit equitum, peditumque acceſſio.

Scribit autem Leonclavius; apud Perſas eſſe tria genera militantium: Primi vocantur ab iis *Turcomanni*, quorum ea eſt condicio, quæ vaſallorum apud nos, quos feudatarios appellamus. Et ſunt apud eos feuda perpetua, quæ à parentibus ad liberos & poſteros devolvuntur, ſecius ac Turcis eſt in uſu. Quoties igitur hi juſſu Regis evocantur, eo cum equitum numero ſe Regi ſiſtunt, quem ratione feudorum tenentur adducere.

Alteri dicuntur *Corizzi* vel *Coridſchi*, qui ſtipendiis militant.

Et alia ſtipendia reapſe non ſunt apud Perſas, quam quæ Græcis σιτηρήσια, Romanis annonæ militares nominabantur; res nimirum ad alimenta pertinentes, cum equis, veſtibus, armis, tentoriis, ceteris.

Tertii conſtant è copiis auxiliaribus, confœderatarum, finitimarumque gentium, Armeniorum videlicet ac Georgianorum qui religionem Chriſtianam profitentur; in Perſas propenſi, Turcis infeſti.

Denique uti à quodam noſtrorum accepi, reditus annui Regis Abas æſtimabantur trecentis quinquaginta ſeptem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

millibus Tomannis; id eſt, ſi ad noſtram monetam revoces, quatuordecim millionibus, ducentis octuaginta millibus florenorum: præter ea quæ accipit à variis ducibus, terris & oppidis: nam ſumma illa quam expreſſimus maximam partem provenit ex ſerico & frugibus hortorum, quos Rex poſſidet, & minutis quibuſdam portoriis, & locatione Caravan Seraiotum.

Teixera comparat Tomanum Perſicum ſedecim ducatis.

VII.

Origo Sophinorum qui hodie Perſiæ imperant: è Leonclavio.

PAter (inquit) Iſmaëlis Sophini fuit Erdebil, quem Iovius & alii vocant Arduelem & Harduellem. Hoc illi cognomen faciunt à loco quodam Perſiæ cujus dominus aut regulus fuerit: ipſum vero nomen ejus tradunt fuiſſe Secaider. Ajunt præterea ſectatum fuiſſe vitam religioſam, inſtar eremitarum vel monachorum noſtrorum. Ideoque Sec interpretatur Spanduginus nunc abbatem nunc plebanum ſive curatum. Ego vero in opinione mea perſiſto, diverſa eſſe hæc nomina diverſarum perſonarum,

quo-

quorum unus fuerit Erdebil pater Iſmaë-
lis, familia apud Perſas natus illuſtri, di-
tioniſque cujuſdam regulus: alter Scheich
Haidar, non princeps aut regulus, ſed
revera id, quod audiebat: nimirum
Scheiche vel Iman; quorum illud homi-
nem religioſum gentibus illis ſignificat,
ab innocentia ſanctimoniaque vitæ: hoc
vero doctorem. Etenim ex opinione vitæ
religioſe ac duriter actæ conſequutus ali-
quid apud vulgum authoritatis; tribus
Mahumetis prophetæ ſociis, Ebubekire,
Omere, Oſmaneque rejectis, Alim quar-
tum prophetæ ſocium, ejuſdemque con-
ſanguineum & generum ſequendum in
omnibus affirmabat, ſi ſalvi eſſe vellent.
Docebat autem hæc & alia, quodam in
oppido Perſarum, cui nomen *Reza*. Fa-
ma novi doctoris, novæque diſciplinæ,
longe lateque didita, confluxit ad Schei-
chem vel Imamen Haidarem ingens è
Perſia viciniſque regionibus hominum
multitudo. Primus autem ex magnati-
bus & regulis *Erdevil*, non hanc dun-
taxat Haidaris ſententiam doctrinam-
que probavit, verum etiam ex ejus præ-
ſcripto ſe gerens, patrocinium cauſæ ſuſ-
cepit; eaque re multitudinis animos ſibi
mirifice devinxit. Ita nimirum aliàs
quoque conſtat homines ingenioſos, no-
væ religionis uſos prætextu, ad inſignem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

potentiam perveniſſe. Tantopere quidem Erdebil, cetero qui non magni nominis opumve regulus, hac novi dogmatis profeſſione crevit: ut ei filiam ſuam Rex Perſarum Chaſanes, quem à proceritate ſtaturæ nominatum Vſun Chaſan ſupra indicavimus, matrimonio legitimo copularet. Quippe filiam Martham ex Caterina Comnenia ſuſceperat; Calvioannis nempe Comneni penultimi Trapezuntiorum imperatoris filia; quam Calvioanne mortuo frater illius David, ultimus imperator Trapezuntius, Vſun-Chaſani dedit uxorem, ut ejùs præſidio contra nimium vicinas & infeſtas ſibi vires Sultani Muchemetis paullo tutior eſſet. Ex hac Vſun-Caſſanis filia Martha natus fuit Erdibili filius Iſmail. Vſun-Caſſanus autem moriens habuit ſucceſſorem Iacupem filium, qui vulgo ab hiſtoricis Iacobbeg, ab annalibus Sultanorum Sultan Iacup appellatur. Is protectorem novæ ſectæ ſororium ſuum Erdebilem mirifice ſibi ſuſpectum, quod vereretur, ne regius affinis & tantæ multitudinis devotione fretus, ſibi regnum eriperet, interfici curavit. Evaſit crudeles avunculi manus Iſmail admodum adoleſcens (ut plerique tradunt) octodecim id temporis annos natus: ſeque Martha matre comite, contulit ad amicum pa-

ter-

ternum Pircalem, regulum ditionis & caſtellorum quorundam ad mare Caſpium, nunc Culzum Denizi Turcis, Beher Culzum Arabibus appellatum, quo clauſum mare ſignificatur. Iſtic educatus Iſmail ex præſcripto religionis paternæ, tandem extincto per venenum à conjuge datum Sultano Iacupe avunculo domum reverti, paternæque ditionis hæreditatem, cum oppidis & prædiis maternæ dotis nomine ſibi debitis, ſtatuit adire.

Dominio præterno potitus, mox ulterius progreditur & ccc tantum millitibus ſtipatus Somakian pene prodigioſum in modum occupat. Hinc copiis non parum adauctis & inſtructis, Tebriſium extimam Perſarum regiam, ſeſe confert: eamque ſuperato Rege Aluante Iacupis filio & ſucceſſore, victor in poteſtatem redigit. Iterum cum Aluante congreſſus, non modo ſuperior evadit, verumetiam ipſum, cum majori exercitus parte trucidat. Inde Muratem Chanem, Aluantis occiſi fratrem perſequutus, pari proſperitate ſuperat. Is victus ab Iſmaile, Bagadatim verſus aufugit, hodiernam ſcilicet Babylonem, propter ruinas priſcæ Babylonis ſitam. Victor urbem Scitas, armorum omnis generis officinam, à Tebriſio xx dierum itinere di-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

ſtantẽ cum victricibus copiis adit & occupat. Ibi demum inſigniter armavit ſuũ exercitum. Poſtea negotium illi fuit cum Vlu-Chane Tatarorum Scheco, quem inſtructum exercitu trecentorum millium equitum, aggredi prœlio non dubitavit: quo ſingulari virtute fortunaq; victor evaſit, hoſte cæſo vel in turba (quod alii tradunt) à ſuis oppreſſo ſuffocatoque. Tandem ad tot illuſtres de plurimis partas victorias, is felicitatis eximiæ cumulus acceſſit ut moriẽte in exilio Murate Chane, non modo Perſici regni poſſeſſione, ſublatis æmulis, quietè potiretur; verumetiam vicinos quoſdam populos ac præſertim Bagadatinos, in deditionem acciperet.

Ab Oſmanidis ei Sophi cognomentum & Kiſelis Baſſæ per ignominiam inditum. Prius quidem ab Arabica voce *Sophi*, quæ lanam ſignificat. Nam quum Mahumetani & præſertim Oſmanidæ, more veteri, Tulipanto lineo ſubtiliſſimi operis caput involvant, nova hæc ſecta præcipit inter alia, ne caput faſtu quodam lineis ejuſmodi ſpiris ornent, ſed ut tegumenta capitum è lana, non magni pretii conficiantur. Et quia laneum hoc tegumentum, quo præter aliorum Mahumetanorum utuntur, plicas habet duodecim, ab Arabica voce Enaſſet ſive duodecim, etiam Enaſſerlary vocantur: de-

nique

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

nique quia tegmen hoc tantum rubro colore geſtare ſolent, Kiſelbaſſilary, veluti capita rubra.

Origo & ſeries eorundem Regum è Teixera.

XA ſive Xeque Iſmaël Sufii, erat filius Xeque Aydar, filii Sulton Iuneyd, filii Xeque Ebrahem, filii Xeque Aly, filii Xeque Muza, filii Xeque Safy & in ſumma trigeſimus nepos Morts Aly ſobrini & generi Mahumetis. Quum Teymurlang Victo Turco Bajazete rediret in Perſiam adduxit plurimos captivos è Caramania variarum familiarum, quos in animum induxerat trucidare quando notabilis aliqua occaſio ſeſe offerret; & oppidum Ardevil ingreſſus aliquandiu ibidem ſubſtitit. Videbat in illo oppido Xeque Safy, ob vitæ innocentiam & ſanctitatem, in magno honore apud omnes illas gentes habitus; cujus fama & probitas Teymurem permovit, ut amicitiam illius ſummopere deſideraret, & quum aliquoties illum viſitaſſet, jam diſceſſurus ultro obtulit illi ut ab ipſo peteret quicquid illi placuiſſet: is propoſiti Teymuris de trucidandis captivis gnarus, petiit illos ſibi condonari, & illis impetratis, recepit captivos in ſuas ædes & veſtibus aliiſque neceſſariis inſtructos remiſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

in patriam: Quo facto non modo horum, & amicorum qui in patria remanſerant, animos tantopere ſibi devinxit, ut continuo illis varia dona mitterent, eumque magno numero ſæpiſſime viſitarent; duravitque hæc benevolentia etiam ad poſteros hujus Safy, atque adeo tertium ipſius nepotem Sultan Iuneyd: qui vixit tempore Ioonxa filii Kara Iſſuf: qui crebras haſce viſitationes, & authoritatem Iuneyd ſuſpectam habens ſibique ab illo timens, interdixit illi ne amplius ſe à tam multis viſitari permitteret: Iuneyd hoc interdicto offenſus, & graviora haud quaquam operienda ratus cum devotis ſuis movit ex Ardavel verſus Diarbek: Ozun Azembek qui tum ibidem regnabat, excepit illum perbenigne, eique tradidit in uxorem filiam ſuam Kadijan Katun, quæ peperit illi filium Aydar. Conſueverat autem Xeque Iuneyd excurſiones inde facere in Gurgeſtan, ſub prætextu religionis ſuæ, quam captivos cogebat amplecti; & in eo continuavit donec in Regnum Trapezuntiorum ingreſſus, & rege illius trucidato illud occuparet, eique filium Aydarem præficeret, qui & poſt patris obitum illud obtinuit. Evenit poſt illa ut Azembek de medio tolleret Ioonxa, quare Aydar ad Ardevilen eſt reverſus, duxitque in uxorem

filiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

filiam Azambeky & cognatam ſuam Alemxam, quæ ipſi peperit Aly Patxa & Xa Iſmaël, qui natus fuit anno Hegiræ 892 Chriſti 1488. qui Suſy fuit dictus ob hanc cauſam.

Sectæ quidem Mahumetanorum ſunt plures; duæ tamen principales: *Suny*, quam Arabes & Turci ſectantur, omneſque alii qui Alkoranum obſervant ſine illis commentariis aut expoſitionibus: & *Xyahys* qui Morts Aly ſequuntur, uti Perſæ & alii. Hujus ſecundæ erat Aydar, pater Iſmaëlis, quem & filius eſt imitatus, tanto zelo, ut illius cauſa, quum Perſiæ regnum acquireret, inauditas crudelitates admitteret in adverſarios. Et quia in lingua Perſica communiter Sufy appellantur, qui relicto ſeculo, ſoli divino cultui vacant, huic ob inſignem religionis zelum, à ſuis datum fuit nomen *Sufy*. Paulo ante ad eundem modum in Perſia res novas fuerat molitus Hhalila, qui propterea quoque dictus fuerat Sufy Hhalila: ita ut Sufy non ſit nomen proprium, aut Regum commune, ſed adjectivum, nam nullus Regum poſt illum id nomen ſibi ſumſit; ſunt autem per totam Perſiam plures Sufy, id eſt, religioſi.

Aydar anno proximo in regnum Xyruan ingreſſus à Rege illius Farrock

Yaſſar,

Yaſſar, ope Iacubbek, fuit profligatus & cæſus, & duo filii illius in captivitatem abrepti, Sultan Roſtanbek autem majore natu trucidato, Iſmaëlem poſtea dimiſit. Iſmaël autem ſeceſſit in Gueylon, ibique ſubſtitit annis ſex; videns deinde res Perſiæ turbatas eſſe ab Akuyonliis, tranſiit in Arzenion, ubi ad ipſum accurrerunt ſeptem millia Caraniquorum, qui Sufy addicti fuerant, è familiis ſive tribubus Eſtayalu, Xamlu, Takaluh, Verſablu, Romlu, Zulkaderlu, Auxarkayar, Sufiah, Karaydak & plurium aliarum, qui illum ſequuti ſunt jam quatuordecim annos natum; & anno 1501 ingreſſus eſt Xyruan, & prœlio congreſſus cum Farrok Yaſſar, qui Patrem ipſius occiderat, illum vicit & occidit, regnoque illius eſt potitus: anno proximo congreſſus eſt cum Alvano in Naxaon, qui profugit, & ipſe cepit oppidum Tabriz. Hac victoria potitus inſtituit Tage, id eſt, Tulbantum rubrum cum duodecim plicis ad memoriam duodecim filiorum Ozen filii Aly, qui ſancti ab ipſis habentur, è quibus ſe ortum ferebat, atque inde originem habuit nova illa militum ſecta, qui Cazel Bax, id eſt, caput viride dicuntur, à Bax caput & Cazel rubrum.

Regreſſus deinde ad Arzenion impetum fecit in Regnum Zulkader; ſed ipſo abſen-

bſente Alwanus obſedit Tabriz , ſed
ſmaële regrediente, fugit Alwanus Baga-
etum , & poſt biennium in Diarbek re-
erſus ibidem obiit , anno 1503. Iſmaël
n Tabris permanens , exercitum ſuum
miſit in Perſiam contra Moradbekium;
ui ingenti prœlio ab Iſmaëlis copiis
rofligatus , ipſi Perſiam & Kermon va-
uam reliquit anno 1504. Iſmaël autem
ibernavit in Kom , & copias ſuas miſit
ub præfecto Eliaſbeck contra urbem
ey , quas Ozembeck Gelohy Dux Ka-
it Ferus Kuh in itinere oppreſſit & pro-
igavit. Iſmaël hujus cladis nuncio ac-
epto , quantocius perſequitur Ozembe-
um , verum ille ſe recepit in Feruz Kuh,
ocum à natura atque induſtria muni-
um; quare illum obſedit Iſmaël & quum
liter non poſſet , rupto aquæ ductu per
uem obſeſſi aquas accipiebant , coëgit
d deditionem , poſtquam unum men-
em circa locum cum exercitu hæſiſſet:
eriere tamen brevi illo tempore circiter
riginta hominum millia. Movit deinde
ſmaël verſus Koraſon ; interea autem
ex Mahamed Karrahy coactis aliquot
nilitum vexillis intercepit Yazd ; ſed
ſmaël reverſus illum licet fortiſſime ſe
efendentem , tandem urbe potitus ,
epit & vivum juſſit concremari , an-
no 1506.

Hinc

Hinc Xyras profectus edictum pro-mulgavit, ut univerſi qui prœlio contr[a] patrem ſuum interfuerant, occideren-tur, quo factum eſt ut triginta aut qua-draginta millia hominum cæderentur.

Anno autem 1509 dum ipſe hiberna-ret in Taron, diſceſſit Sultan Ozem Mir-za Rex Karaſon, occupavitque Regnum illius Xaybek Khon Vzbekius, & de-functi Regis liberi fugerunt in Hyerak.

Iſmaël adunato exercitu movit ver-ſus Rumeſtan ſive Turcos, & Mahame[d] Khon Eſtayalu in præfectura Diarbe[k] confirmato; anno 1511 petiit Bagadad cui Barhyeck imperabat, qui profugit a[d] Turcos; & Iſmaël illam urbem cepit pluribus ſuorum antea amiſſis in tranſi-tu fluvii Tigridis. Hinc digreſſus, ſub-jugavit Kuſiſtam, ſive Suſam Aſſuer[i] quondam regiam; & media hyeme pe[-]tiit Xyruan, Baku & Darband atque il-las expugnavit anno 1512.

Deinde profectus eſt ad Karaſon con-tra Xaybekkhon, qui adventus illius gna-rus, copias ſuas contraxit in Marwo; ſed prœlio congreſſus cum Iſmaële, & vi[-]tam & regnum amiſit.

Obiit eo anno Bajazetes Turcorum imperator & ſucceſſit illi filius Selimus Iſmaëli autem anno 1514 natus eſt filius Xa-Thamas: anno autem 1515 duxi[t]

Selimu[s]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

ſlimus copias ſuas verſus Arzenion :
ſmaël tum erat in Hiſphaon metropoli
lierack , & inde venit Chalderon ; ubi
um Selimo congreſſus , profligatus fuit
c quinque millia ſuorum amiſit ; fugit-
ue Tabriz atque inde ad Gazin: Selimus
ero Tabriz potitus , tantum quindecim
iebus ibidem ſubſtitit & regreſſus eſt
maſiam : hoc anno fuit in Diarbek à
azelbaxiis trucidatus Sultan Morad;
caput illius Iſmaëli oblatum. Anno
roximo cepit Selimus Kemah arcem
unitiſſimam & provincias Aladaolet,
Zulkader & Haleppum in Syria , &
nno 1517 ſubjugavit Damaſcum &
gyptum , & anno 1518 Meſopota-
iam hodie Diarbek ſubjugavit ; obiit-
ue anno 1521 ſucceſſitque illi filius Su-
yman.

Leonclavius ex Annalibus Turcicis
otat Selimum obiiſſe anno 1520.

Iſmaël quoque poſtquam Perſiæ im-
raſſet annis viginti anno 1525 ætatis
æ trigeſimo octavo. Quatuor ipſi erant
ii , major natu Xa-Thamas , ſecundus
eas ſeu Elias Mirzah, tertius Som Mir-
h , quartus Barhon Mirzah. Xa-Tha-
as autem illi ſucceſſit. Qui aliquot bel-
geſſit , præſertim cum Turco. Regna-
autem tribus & quinquaginta annis,
iitque anno 1576. duos reliquit filios

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Xa-Iſmaël & Mahamed cæcum; ſucceſ-
ſit illi Xa-Iſmaël; verum poſtquam tan-
tum unum annum & decem menſes im-
perium obtinuiſſet, diſcedens illud fratri
ſuo Mahumeti cæco reliquit anno 1578.

Mahamed tenuit regnum ſeptem an-
nis, & moriens anno 1585 reliquit illud
filio ſuo Xa Abas, qui hodieque (inqui
Texeira anno 1608) illud poſſidet, &
jam poſſedit annis tribus ſupra triginta.
Quo tempore varias ſuſcepit expeditio-
nes, imprimis famoſam illam ann. 159
in provinciam Gueilan, quæ rebellave-
rat; nam cum viginti millibus equitum
quam celerrime profectus quum ad flu-
vium latum & ſatis altum acceſſiſſet, &
indigenæ cymbas omnes ſubduxiſſent u
moram injicerent, ſine mora in aquas
inſiliit & reliquæ copiæ poſt ipſum; i
quo & ipſe ſummum vitæ diſcrimen adi
& quatuor millia ſuorum amiſit; perfe-
ctum tamen ea celeritate ut provinciam
brevi ad officium cogeret. Evertit Re-
gem Laræ & regnum redegit in provin-
ciam. Taurin quam Turci ab avi illius
temporibus poſſederant, eripuit mag
aſtu quam armis.

Eadem origo & ſucceſsio è commen-
tario Petri della Valle.

Abbas, cui ſecundum antiquam con-
ſu

uetudinem Regum Perſiæ, dant titu-um *Sciah*, id eſt Regis, Schiah-Abbas taque eſt filius;

Chodabende Muhammed Regis, fra-er Germanus Iſmaëlis 11 regis & filius;

Tahamaſp Regis, filii,

Iſmaël I. Regis, non modo primi il-ius nominis inter Reges Perſiæ, ſed & amiliæ illius quæ hodie Perſiæ imperat, c qui primus armis propagavit & ob-ervari in Perſia fecit ſectam Mahome-anam, quam ipſe ſequebatur, quam vo-ant Siaiti. Et quia à populo judicabatur ſſe vitæ ſanctæ & religioſæ, obtinuit omen Sofi, quo deſignatur homo res nundanas ſpernens; licet vocabulum Sofi roprie ſignificet electum, aut laneis ve-tibus amictum; utraque ſignificatione ptime conveniente perſonis vitæ reli-ioſæ & probæ, qualem ſe volebat vide-i. Erat porro his filius,

Haider Sultani aut principis, qui à qui-buſdam noſtrorum ſcriptorum vocatur Sceich-Haider: quia vitam religioſam rofitebatur inter homines ſectæ ſuæ; & quia erat caput gentis ſive populi; utraque nim ſignificatione accipitur nomen Sceich, licet proprie notet ſenem. Ab aliis noſtrorum perperam appellatur Ardeuel, quum Ardebili deberent dicere, id eſt, Ardebilitam, erat enim dominus oppidi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Ardebil; hic fuit filius
Guineid Sultani, filii
Ibrahim, id eſt, Abrahami, filii
Choagiæ Aly, filii
Muſæ, id eſt, Moſæ, agnominati Sadreddin, id eſt, Primatis legis; filii
Sofi Eddin Iſhac, qui primus in Perſ recuſcitavit ſectam Sciaitorum; agnominatus propterea Cutb'el Eulia, id eſt, Polus ſive vertex ſanctorum, licet vix tal eſſe crederetur.

Atque porro genus deducunt ab A & Fatima filia Mahumetis.

Notat idem. In Genealogia horum Regum, crebro reperiri adjunctum titulum *Imam*, præſertim iis qui Mahume propiores ſunt, quæ vox denotat propr Pontificem. Turci autem, qui ſectar Sonnitorum ſequuntur, vocant Imar omnes miniſtros templorum ſuorum ſive Meſchitarum: verum Perſæ & Scia ti hunc titulum non ſolent attribuere niſi duodecim deſcendentibus à Mahumete; (qui non fuerunt fratres, aut fil Huſſein, uti Vbbo Emmius perperar exiſtimavit, ſed pater & filii ſucceſſive quorum & Huſſein unus fuit, & omnium primus Ali;) quia credunt, (in e quoque à Turcis diverſa ſentientes) ho ſucceſſive fuiſſe primates ſuperſtitioſ ſuæ ſectæ. Atque adeo eorum ultimu

hodie

odieque ſuperſtitem à Deo occultari,
ijus Rex Perſiæ, tanquam Rex & ex ea-
em ſtirpe propinquiſſimus, in mundo
: Vicarius.

Xa Abas tres habuit liberos mares
ufi-Mirzam, *Codabendan* & *Iman-Cu-*
. Quorum primogenitum *Sufi-Mir-*
am adoleſcentem magnæ ſpei, trucida-
fecit, hac occaſione uti narrat Petrus
elle Valle.

Sofi-Mirza, inquit, revelavit parenti
onjurationem, quam quidam contra
ſum moliebantur, atque eo tum gra-
am meruit à patre; verum poſtea, quum
edem molitiones ab aliis fuiſſent inſti-
itæ, non modo illas celavit, ſed ætate
m maturior eaſdem videbatur fovere,
: favorem populi anxie captare, & pa-
i non raro ob leviculas cauſas iraſci,
eque ſatis diſſimulàre ſpes ſuas: atque
iam facere, ea quæ Pater prohibuerat.

Quare Pater vitæ ſuæ metuens, certo
ie, quo Aſtrologi magnum ipſi diſcri-
nen imminere denunciabant, filium
nandavit occidi; perſuaſus ab iis quibus
lurimum deferebat, id publicæ quietis
itereſſe.

Chodabendam autem ſecundò geni-
um, qui magnos ſpiritus gerebat, alia oc-
aſione juſſit excæcari. *Chodabenda* (in-
uit idem) Mirza, juvenis jam adultus

& uti apparebat, arrogantior, à Patre arctius habebatur. Accidit autem ut Rex juberet occidi illius gubernatorem, quia audacius & inſolentius aliquando pro filio apud patrem interceſſerat: metuens ne filius ab illo magis inſtigaretur ad ea ordienda, quæ cum publica calamitate haud dubio forent conjuncta. *Chodabendas* hac cæde efferatus, parenti audaciſſime etiam diſcincto gladio inſultavit, atque malum eſt minatus: Placatus tamen tum Rex in ſpeciem quidem; verum à *Ferrabad* movens verſus *Spahan*, filium in itinere juſſit excæcari, ut illum à ſucceſſione Regni excluderet; quod tamen calido ferro ut ſolent apud Perſas, ita factum, ut non penitus omni videndi facultate privaretur.

Imanculi tertio genitus patri per omnia obediens, in Regni ſpem ab ipſo fuit educatus.

Habuit & *Xa-Abas*, è primogenito nepotem *Suleimanem Mirzam*, quem lumine quoque fecit privari quum in procinctu eſſet, ut cum maximis copiis verſus Candahar moveret, & minorem natu filium ſecum duceret: ne nepos hic ſe abſente, novas res moliretur; conſcius populum Perſicum ſemper novarum rerum eſſe appetentem; idque ſibi vel maxime metuendum, quum tam

longe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

onge à regia & extra regni limites exce-
endum eſſet.

VIII.

De veteribus Perſiæ Regibus.

NOn abs re me facturum exiſtimavi ſi veteres Perſiæ Reges hic com-endio commemoravero, qui in Perſia roprie dicta & vicinis provinciis impe-runt.

Horum primum ſtatuit Schikardus & lii *Ardſhir Babekan*, qui Teixeræ eſt *Ardxir* & noſtris Hiſtoricis *Artaxerxes* el *Xerxes*. Quo cum Romani bellum eſſerunt Alexandro Severo imperante, t judicat Schikardus, licet Teixera ſcri-at, Chriſto in terris verſante regnaſſe, quo haud dubio fallitur.

II. *Schabur* Teixeræ *Xabur Zabelke-af* pro *Dhul Aktaf*, ut vult Schikardus: Nicephoro Caliſto *Choſroes*: qui Valeria-um Imp. captum juſſit excoriari.

III. *Hormoz* Schikardo; Agathiæ *Or-niſdas*. Teixera autem ſubjicit Xupuri ratrem Baharon regem Kermon.

IV. *Tos* Tarich, Schikardus putat le-gendum *Nors*, id eſt, *Narſes*.

V. *Bahram*, Tarich, Hiſtoric. noſtris Varanes.

VI. *Hormoz* alter, Tarich. noſtris Hormiſdates.

VII. *Shabur* alter; noſtris *Sapor*: crudeliſſimus in Chriſtianos.

VIII. *Bahram* alter. Tarich.

IX. *Shabur* tertius; Tarich.

X. *Iazdigerd*, Romanis charus, ſuis exoſus. Vt notat Schikardus. Hunc Teixera immediate ſubjungit *Baharon* Regi Kermon parenti nempe ſuo.

XI. *Bahram Cur*, Tarich. Socrati *Barabanes*. Teixera agnominat *Gur*, filium *Iazdigerd*. Et huic ſcribit fuiſſe ducem *Narſyn* qui à multis numeretur inter Reges Perſiæ.

XII. *Iazdigerd* alter Tarich & Teixeræ: qui ſecundum Schikard. crudeliſſimus fuit in Chriſtianos.

XIII. *Firuz* Tarich & Pheruz Teixeræ. Aliis ſcriptoribus *Peroza*.

XIV. *Ialas* vel *Balas* Tarich: Teixeræ *Belax* Procop. *Blaſes*, Agath. *Valens*.

XV. *Kobad* Tarich & Teixeræ; noſtris *Cabades*, *Cauades*, *Quadus*, *Coades* & *Chuadus*.

XVI. *Nuſhir-ravvan* Tarich, Teixeræ *Amixiron* vel *Nauxiruan*: quem noſtri vocant *Coſroen* magnum; Iuſtiniano Imp. coævus, ut ſcribit Schikardus.

XVII. *Hormoz* ultimus Tarich & Teixeræ, noſtris *Hormiſdas*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

XVIII. *Choſravv ben-Hormoz* Tarich; Teixeræ *Khozrrao Paruez*: qui licet à Romanis in Regnum reſtitutus, tamen ingratiſſimus in illos fuit; & plures provincias eripuit; ſed poſtea ingenti clade fuit percuſſus ab Heraclio Imperat.

XIX. *Scyruiah* vel *Syruiah* Tarich: Teixeræ *Kobad Xyruyhe*: noſtris *Syroes*, qui parricida ſex tantum menſibus regnavit: Schikard.

XX. *Ardxir ben Scyruiah* Tarich. & Teixeræ; qui vix quinquaginta diebus præfuit ſublatus à ſequente Tyranno.

XXI. *Schariar* vel potius *Scarbar*; noſtris appellatur *Sarbara*. Teixeræ *Xarear* tyrannus.

XXII. Deinceps (inquit Schikardus) ut in regno magna fuit confuſio, ita inter ſcriptores diſſenſio non minor, de numero & ordine ſucceſſorum. Græcis & Latinis vix bini reſtant uſque ad everſionem illius monarchiæ: Turcæ autem in Tarich ponunt quatuor: Arabes vulgo ſex; Perſæ vero apud Teixeram omnino ſeptem, quos velut indigenas hic ſequi tutius videtur: ſimul ut compleatur numerus XI Turrium Choſravo in ſomnio præviſarum. Teixeræ autem primo ponitur *Ioon Xir*, qui tertio regni menſe fuit oppreſſus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

XXIII. *Tuvvan-Doct* Tarich; Teixeræ *Turon-Doct* fœmina; quæ poſt menſem decimum ſextum deceſſit, publico totius populi luctu.

XXIV. *Ianku-Car* Tarich: Elmacino *Gaſchanſeda* filius patrui Koſravi. Teixeræ *Iaſancedah*, ſtatim exauthoratus.

XXV. *Azurmy* virgo filia Koſravi natu minima: Teixeræ *Azarmy-Doct*; quæ præfuit annum unum, menſes quatuor.

XXVI. *Keſere* filius Iaſancedah Teixeræ; quem Arabes non agnoſcunt, præfuit enim tantum paucos dies, à ſuis cæſus.

XXVII. *Schariar*: Elmacino *Pherochzad* filius Koſravi; Teixeræ *Ferrogzad* nepos Khozrrao Paruez: intra menſem interemtus à ſuis.

XXVIII. *Iazdigerd* Tarich & Teixeræ ultimus; qui à Chalifa Omare regno fuit exutus: hujus filia *Dara* nupſit Iudæo *Boſtenai*: neptis autem illius ex filio *Phiruz* fuit mater Chalifæ *Iezid* filii *Walid*, penultimi de familia Ommiæ. Nepos quoque fuit Theophobus Chriſtianus, ab Imp. Theophilo ſublatus.

Poſt hunc (inquit Schikardus) neminem alium invenio de ſanguine Perſico, qui ſit alicujus nominis uſque ad piſcatorem Puiah, qui nobis in volumine

mine noſtro novam lineam orditur; unde xv Reges enaſcuntur omnes rerum geſtarum magnitudine in Aſia clariſſimi, Latinis Hiſtoriis ignoti; Hebræis in libro Iuchaſin fol. 147. & ſeqq. obiter tacti.

Seriem Caliapharum Saracenorum hic prætereo uſque ad Muctadirum Billam f. Mutadidi & annum Hegiræ 295. noſtrum 908. Sub hujus enim Chalifatu Perſæ rurſus proprios Reges acceperunt: quorum primus ab Almacino proditur *Mardavvigus* f. Ramazi. f. Mardanſiahi. Qui occupavit Rayam, Kazwinam, Abharan, Giorgianam & Tabriſtanam: Hamadanam; & inter hanc & Kazwinam profligavit exercitum Muctadiri anno Heg. 319. dein expugnavit Isfahanam; & denuo anno Heg. 321. profligavit exercitum Mahcani, cepitque Amidam; potituſque eſt tota Perſide.

Reges Perſiæ è familia Bojæ ſive Puhiæ.

MVctadiro ſucceſſit Kahirus Billa & huic Arradis Billa ann. Heg. 322. Sub hoc inclareſcere cœperunt filii *Bojæ* (Schikardo *Puyah*, Teixeræ *Abuſvias*): fuit autem *Bojas* (iuquit Almacinus) piſcator pauper, Dallamus, vixitque primum venatione piſcium cognominatus Abuſingiayus. Et videtur, uti

ajunt,

ajunt, genus ducere à *Saburo Dulactafo* cognominato *Kirmanſiatro*, f. *Saburi*, f. *Ardſyri* Regis Perſarum. Habuit autem *Bojas* filios tres, *Alim Abulhaſenum*, *Haſenum Abualim*, & *Achmedem Abulhaſenum*. Quum autem *Mardavvigus* ad imperium perveniſſet, adjunxit ſe illi *Ali Abulhaſſenus Amaduddaulas* f. *Bojæ*, ſed poſtea contra illum rebellavit; & eripuit Hamadanam & Isfahanam; crevitque imperium ejus, adiit quoque Cazerunam urbem Saburæ, eaque eſt potitus. Anno autem Hegir. 323. noſtro 934. occiſus fuit Mardawigus. Manſitque Perſia in manu

I. *Amadudaulæ*. Frater autē illius *Achmedes Minuiddaulas* expugnavit Ahvvazā.

Moctafis Billa Chalifa.

Muſtacfis Billa Chalifa. Hoc rerum potiente cepit

II. *Muazzuddaulas* minimus filiorum Bojæ Bagdadum, & poſtea depoſuit *Muſtacfin*.

Fadlus Abulcaſimus Chalifa in ſpeciem tantum.

Imperium eam revera obtinuit *Muazzuddaulas*.

III. Frater autem illius Haſenus *Rucnodaulas* occupavit *Rayum*. Anno Heg. 338. noſtro 949. obiit Amaduddaulas nulla relicta prole: & ſucceſſit illi Chalifa haud invito

IV. *Adaduddaulas* primogenitus Rucnuddaulæ.

Muazzuddaules autem potitus eſt *Mauſila* & tota Diarebia & obiit anno Heg. 356. noſtro 966. poſtquam in Iraca regnaſſet annos XXI. & ſucceſſit illi in imperio

V. *Bachtiarus Azzuddaulas* filius, qui Bagdadum amiſit.

Laius Lilla f. Mutii Chaliſa.

Bagdatū receptum ab *Adaduddaula.*

Rucnuddaulas f. Bojæ obiit anno Heg. 366. noſtro 976. aſſignaverat autem ante obitum regna ſua tribus ſuis filiis.

Fanachro Abuſugaio Adaduddaulæ Perſidem; Argianum & Carmaniam.

VI. *Abulmanſori Muayiduddaulæ* Rayum & Isfahanam.

VII. *Abulhaſeno Fachruddaulæ* Hamadanam & Dainawaram.

Adaduddaulas eripuit *Azzuddaulæ* Bagdadum, qui paulo poſt in prœlio fuit occiſus anno Hegiræ 367. noſtro 977. & anno ſequenti cepit Mauſilum, Diarrebiam & Mayafarikinam atque Diabekram, & primus fuit vocatus Siahenſiah, id eſt, Regum Rex.

Muayiddudaulas potitus eſt Giorgiana & Tabriſtana anno Heg. 371. noſtro 981. Anno 982 obiit *Adaddudaulas* Bagda-

Bagdali, imperaverat autem eidem, Iracæ, Karmaniæ, Perſidi, Ammanæ, Churiſtanæ, Mauſilæ, Diarbecræ, Harranæ & Mambago. Et ſucceſſit illi filius ipſius

VIII. *Marzubanus Abucalangiarus Samſamuddaulas.*

Obiit quoq; eodem anno *Muayiduddaulas* & ſucceſſit illi frater *Facruddaulas.*

IX. Anno autem 985 potitus eſt *Siarfuddaulas* f. Adaduddaulæ natu maximus Bagdado. Tenuitque Isfahanam, Rayam, Syrazum, urbes Dellamæ aliaſque & contendens in Iracam occupavit Ahwazam, Baſram & Waſitum & fratrem ſuum Samſamuddaulam condidit in carcerem.

X. Anno 989. obiit *Siarfuddaulas* & ſucceſſit illi frater Abunaſrus *Bahaiuddaulas.* Cadirus Billa n. Muctadiri Chaliſa.

XI. Anno 997. obiit *Fachruddaulas* & ſucceſſit illi in imperio Rayæ & ditionis ejus filius Ruſtemus *Maghduddaulas.*

Anno 998. occiſus eſt *Samſamuddaulas.*

Anno 1000. occiſus fuit *Abunaſrus* f. Azzuddaulæ & potitus eſt *Bahaiuddaulas*. iis quæ poſſederant duo filii Azzuddaulæ.

Anno 1012. obiit *Bahaiuddaulas* dominus

minus Iracæ, & ſucceſſit illi filius Abuſugiaius.

XII. *Sultanodaulas* & fixit imperii ſedem Syrazi, qui deceſſit anno 1023. & deſignavit ſibi ſucceſſorem filium

XIII. *Abucalangarum*; ſed milites elegerunt patruum ipſius *Siarfuddaulan.*

Caymus Billarulla f. Cadiri Chaliſa.

XIV. Anno 1030. *Ghalaluddaulas* f. Bahauiddaulæ Rex factus Bagdadi, & obiit anno 1043. & ſucceſſit illi filius

XV. *Abumanſur Melecaſizus.*

Anno 1048. obiit *Abucalangarus* & ſucceſſit ei in regno.

XVI. f. *Abunaſius Melecrahimus*; ultimus regum Boytarum.

Anno enim 1055. in Bagdado Imperare cœperunt *Salghuadæ.* Neque deinceps expreſſe Regum Perſicorum mentio fit ab Almacino.

Habes itaque ſedecim Reges è familia Boyæ ſecundum Almacinum.

Teixera autem parentem horum Principum vocat Abuſujan, eique tribuit tres filios, Emandudaulen Alin, Acem, & Akmet.

I. A quorum majore *Ali* Perſia fuerit occupata: à ſecundo autem

II. *Acem Bocknadaule* Hierak & Rey & Karaſon.

III. A minore *Mohayzedudaule* Kermon

mon & Bagdat; idque factum eſſe ſub Chalifatu Muſtafis.

Emadudaules obiit anno 949. & ſucceſſorem ſibi dixit filium fratris ſui Rocknadaulæ

IV. *Azududaulen.*

Rocknadaules obiit anno 979. & ſucceſſit illi filius *Azududaules*, in regnum Hierak quod & ampliavit, occupando Geriom & Taburſtan: qui obiit anno 983. & reliquit tres filios *Xerfadaulen*, *Xamſdaulen* & *Bahaodaulen*.

V. Quorum *Xerſadaulæ* obtigit Perſia:

VI. Et *Xamſdaulæ* Bagdat, quem frater condidit in carcerem.

Xerfadaules obiit 990. & ſucceſſit illi Xamſdaules qui à ſuis fuit cæſus in Xyras 991.

VII. Succeſſit illi *Bahaoudaules* & obiit anno 1013.

VIII. Huic ſucceſſit filius *Sultondavles*; poſſidebat autem & aliquot oppida in Diarbeck

IX. *Acem* f. Bahaondaulæ, aliter dictus Moxarafdaules: inter quos diſſidium fuit ortum, ſed poſt aliquot certamina convenit, ut Moxarafdaules gubernaret Hierack verſus Arabiam: & Sultandaules Ahwazam & Perſiam. Sed rurſus diſcordes facti, ita ſuperior evaſit *Moxaraſdaules* ut Xachenxa diceretur anno 1021.

X. An-

x. Anno ſequenti Gelaladaules factus ſt Rex Bagdadi.

Deinceps rurſus convenit inter Moarafdaulen & Sultandaulen, ut huic cederet Perſia & Kermon, & illi Hierack Arabiæ: poſt biennium autem mortuus ſt Sultandaules in Xyras anno 1025. ui ſucceſſit filius

xi. *Abulganiar*, ſed haud longe poſt patruo

xii. *Abulfavare* fuit excluſus, relicta lli Ahvvaza; recuperavit tamen Xyraz x deinceps regnavit in Perſia.

Mortuo autem anno 1026 Moxarafaule in Bagdat vocatus fuit

xiii. *Gelaladaules* è Baſora, quo haud atis propere adveniente, regimen alteri uit delatum; & quum armis regnum entaſſet recuperare, fuit profligatus; x urbs à Turcis capta & direpta; ſed urſus vocatus illam occupavit & retiuit, non ſine diſcrimine ob ſeditiones Turcorum.

Irrupit eo tempore è Coraſan *Manud Gazneby* in Perſiam, & cepit Rey: quum autem *Abulganiar* patruum Gealadaulen advocaſſet; ille cognatum non modo non juvit, ſed & Ahvvazam occupavit & ſpoliavit. Orta interim diſcordia inter Turcos & Deilamanos,

xiv. & *Malekaziz* f. Abumanſur & n.

Geladaulæ Turcis favente, ſupervenit *Abulganiar* & cepit Baſoram atque *Waſit*. *Abulſavares* autem qui rerum potiebatur in Kermon, movens in Perſiam, obiit in itinere, quare nobiles advocarunt Abulganiarem eique paruerunt.

Mamud Gaznehy mortuo, ſucceſſit illi filius *Mahamed*; verum unus illius fratrum dictus *Maſud* (quem pater Rey & Hiſpahan præfecerat:) movit contra ipſum, & à ſuis proditum cepit atque excæcavit; & victoria uſus ſubjugavit Geriom & Tabarſtan. Movit quoque in Indiam, contra ſuorum conſilium; unde ipſo abſente Turci occuparunt Coraſanam & magnam partem Perſiæ: *Abulganiar* autem eripuit illi Tabarſtan anno 1038. Reverſus autem in Gazhineken, aliquoties improſperè pugnavit, cum *Daud Saliuck*; & rurſus ſe recepit in Indiam; ubi milites illius duce *Nuſta* fratrem ipſius cæcum contra illum extulerunt: à quo miſſus fuit ad arcem *Kobrakebir*. Mahamed autem cæcus, principatum reſignavit filio ſuo *Hamed*, qui patruum juſſit tolli. *Maudud* vero filius Maſud, qui remanſerat in *Balck* tam proſpera fortuna eſt uſus, ut Hamedem profligaret, & cum pleriſque ducibus captum occideret: neque de filiis patrui ſui faceret reliquum

præter

præter unum *Abde Rhaim*. Non potuit autem pacifice frui regno ſuo, ob inſolentiam Turcorum; obiitque anno 1050. Suffectuſque fuit illi à militibus frater *Ali ben Manſud*: ſed Wazir quidam excitavit contra illum *Abde Rhaym*: unde *Ali* tantis molitionibus impar ceſſit: *Abde Rhaym* quoque tantum detulit duci militiæ ſuæ *Toyorel* vel *Tokzel Bek*, ut tandem & regno & vita ab illo ſpoliaretur.

Anno 1044. *Ebrahim Nealy* Salinquius dux Turcorum, Hierack Perſiæ ingreſſus occupavit Amedon: & *Tokzelbek* Rhey.

Anno 1045. obiit *Gelaladaules*; quum autem filius illius *Abumanſor* vocatus cunctaretur, ſubrogatus illi fuit *Abulganiar*; qui ut Turcorum qui Perſiam infeſtabant, animos ſibi conciliaret, poſtulavit & accepit filio ſuo uxorem filiam *Dand* Saliuquii cognatam *Tokzelbek*; obiitque in Kermon anno 1049. quinque relinquens filios, *Abumanſor Fulad Sotun*, *Kozrao Feruz*, *Abu Taher*, *Abucayd* & *Aboaly Kay Kozrao*.

XV. *Sotun* primogenitus contendit Xyras ſed excluſus fuit à fratre

XVI. *Feruz*, qui deinceps ſe fecit appellari *Malek Rhaym*, & varia fortuna

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

certavit cum fratre, ut plurimum ſuperior & regni potens, habitabat autem Bagdadi. Sed urbe capta à Tokzelbek, in carcere periit. Neque tamen ceſſavit bellum inter fratres *Abuſayd* & *Manſur Sotun*, donec *Abuſayd* magno prœlio victus occumberet. *Manſur*que à Wazire ſuo *Faſelo* captus in carcere expiraret, invaſitque *Faſel* Regnum Perſiæ.

XVII. *Aboaly* denique *Kaykozrao* dedidit ſe ſponte *Olobi Arſalom*; & obiit anno 1095. poſtremus è familia Daularum qui in Perſia & hiſce partibus regnarunt.

Vides eundem pene numerum Regum, ſed nomina nonnihil diverſa, & annorum ſeriem quoque in Iuchaſin, cujus excerpta vidimus, nomina adhuc longe ſunt confuſiora; itaque hic Regibus miſſis ad ſequentes pergemus: licet in eis non minor ſit confuſio: nobis primò Almacinum ſequi hic propoſitum eſt.

Principes Salghucidæ qui rerum potiti ſunt Bagdadi & in Perſia.

ANno Heg. 430. noſtro 1038. inquit Almacinus cœperunt Principes Salghucidæ; & primus quidem ex iis inauguratus fuit *Muhammed Abutalib Togrulbecus*; cujus fratres erant *David*

Ghacar

Ghacarbecus, Firus & Arſelanus. Atque hi filii erant Michaëlis, f. Salghuci, f. Dacaci. Qui Dacacus vir fuit Turca, animoſus & boni conſilii & regiminis. Hic primus ex iis Iſlamiſmum eſt amplexus. Et Rex Turcarum (puta eorum qui Turkeſtan tenebant Tataris vicini & mari Caſpio) conſilio ejus utebatur, eumque ſibi aſſumebat, in bello ſuo inter Turcas. Moriens autem filium reliquit Salghucum jam adultum cui & R. Turcarum commiſit regimen exercituum ſuorum: ſed cum deinde metueret ſibi ab aſtutia ejus, ſtatuit eum interficere, quod quum Salghuco ſuboleviſſet, fugit ad regem Ghabiæ Haronem Sahabuddawan, petiitque ab eo auxilium, ad oppugnandam regionem infidelium Turcarum; unde is eum juvit numeroſo exercitu, ſed occiſus fuit Salghucus ab infideli quodam, in prœlio, jam natus annos centum & ſeptem. Filium reliquit Michaëlem, cui liberi nati ſunt illi, quorum nomina jam commemoravimus. Commorabantur autem in Mauranahara. Et obediverunt iſti Michaëli quam plurimi Turcæ; nullum imperatorem præter ipſum agnoſcentes. Cumque contingeret ut Princeps Mahmudus f. Sebuctakini Rex Indiæ trajiceret fluvium Ghaihonem, opem laturus Waratchano R.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Mauranaharæ, ſalutavit Michaël R. Mahmudum, qui miratus eſt animum illius & ſtrenuitatem, quodque familia ejus morem ipſi gereret: & ab eo petiit ut apud ſe remaneret, fore ut cum reverteretur, committeret ei Choraſanam contra hoſtes defendendam. At is id recuſavit, unde iratus Mahmudus, in vincula eum conjecit & rediens, in iis detinuit. Vnde ſequuti ſunt eum milites Michaëlis & familia ejus. Subſtiteruntque in planicie Choraſanæ.

Obiit deinde Michaël & milites ejus ſe conjunxerunt filio ejus Togrulbeco; qui Maſudum f. Mahmudis fudit, & cepit Tuſum oppidum; ac deinceps Naiſaburum; & ſubjugavit Choraſanam. Denique venit Bagdadum ann. Heg. 447. noſtro 1055. & evertit regnum Boitarum: & inauguratus fuit à Chalifa anno 1057.

Anno ſequenti rebellavit contra illum frater ipſius *Ibrahimus* (cujus tamen ſupra non meminit Almacinus) & abiit Rayam. Sed anno 1059. vicit & cepit atque ſtrangulavit eum *Togrulbecus*: & dein reverſus Bagdadum. Et ducta filia Chalifæ in uxorem deceſſit anno 1063. Rayæ. Et ſucceſſit illi in regno filius fratris ejus.

11. *Muhammed Olbarſalanus Adadaddau-*

duddaulas f. Davidis, qui poſt res fortiter geſtas contra Chriſtianos occiſus fuit anno 1071. Milites ſurrogarunt in regnum filium ejus

III. *Gelaluddaulam Meliciahum:* qui patrem ſepelivit Marwæ; & magno prælio vicit patruum ſuum *Marubilum*, atque cepit. Obiit anno 1092. Bagdadi, filios relinquens quatuor, *Mahmudum*, *Muhammedem*, *Barkiarucum* & *Singiarum*. Quorum

IV. *Mahmudus* patri ſucceſſit in regno Bagdadi; ſed fugavit illum frater

V. *Barkiarucus* anno 1094. ſed & ipſe ſuperatus & ejectus fuit à

VI. *Muhammede Ghayatudddino*, ſed Rex *Barkyaruſus* in fratrem ſuum *Muhammedum* qui *Iſfahanæ* erat movit, atque ibidem eum obſedit, ſed ob pabuli & commeatus penuriam inde receſſit. *Mahumedus* autem ipſo digreſſo collegit militem; & prælio congreſſus cum *Barkyaruco* victus fuit & fugit in Armeniam, manſitque *Barkyaruco* imperium Bagdadi. Obiit autem anno 1104. & aſſignavit regnum filio ſuo

VII. *Gielaluddaula.* Sed venit *Muhammedus* Bagdadum, atque ibidem imperium ipſi fuit confirmatum. Obiit autem anno 1117. *Iſfahanæ.* Et conſignavit regnum filio ſuo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

VIII. *Mahmudo Abulcaſemo* : in quo deſinit Almacinus.

Teixera ex annalibus Perſicis hæc paulo aliter digerit. Scribit enim *Togrul Becum* à nobilibus fuiſſe occiſum: & in locum ejus ſubſtitutum *Ferroghzad* filium *Maſud*, qui varia prælia commiſit cum Rege *Turkeſtan*; & tandem fuit victus ab *Olobe Arſalom* filio R. Turkeſtan. Et poſt ſextum regni annum decedens, reliquit regnum fratri ſuo *Ebrahim ben Maſud*, qui filio ſuo *Maſud* accepit uxorem filiam *Malek-Xa* R. Turkeſtan, cui & obiens anno 1089. reliquit regnum.

Maſud è Coraſane diſcedens in Perſiam aliquoties diverſo marte pugnavit cum *Almoſtarxed Billa Fazele* Chalifa, & tandem juxta Tabriz magno prœlio illum profligavit & captum occidit.

Almoſtarxed ſucceſſit filius *Raxet Billa* in Chalifatu; quem *Maſud* profligavit & captum occidit in Hiſpahan, potituſque eſt Bagdado anno 1139. & haud dudum poſt obiit in Perſia : & *Almoktafi* Billa patruus *Raxet* recuperavit magnam partem Perſiæ. *Almoktafi* defuncto ſucceſſit in Chalifatu *Almoſtanger Billa Iſſuf*: Mazudi autem in Gaznehen *Arſalon-Xa* primogenitus illius, quem frater *Baharon-Xa* tertio regni ſui anno oppreſ-

oppreſſit & occidit anno 1119. ipſe autem obiit anno 1153. relinquens regnum filio ſuo *Kozrao Xa*: verum *Saniar* Rex Coraſan occupavit regnum illius: ipſeque obiit in Lahor anno 1161. & ſucceſſit illi filius *Kozrao Maleck*, qui magna parte Indiæ ſpoliatus à Sultano *Guayacadin Mahamed Gaury* obiit in Gaznehen anno 1169. in quo finem acceperunt Reges *Sabutaquy*.

Tatari qui Perſiæ imperarunt.

SVb Chalifatu autem *Almoſtancer billa Manſur*, Tatari *Chinguyzkan* irruerunt in provincias Perſiæ & magnam partem occuparunt: Chinguyzkan hic originem trahebat à Tataris dominis Ketaokotan.

Intravit autem in Maurenahar anno 1224. & occupavit deinceps Gueilan, Rey & Nyxabur cum innumera incolarum ſtrage. & obiit in Ketaokotan anno 1228. Reliquit quatuor filios *Tuxykhon: Chagataykhon: Oktaykahon:* & *Tulykhan*: quorum ſolus *Oktaykahon* tandem imperium patris obtinuit & omnem Perſiam ſubjugavit præter Bagdad, qui obiit anno 1242. & reliquit filium *Gayukkhan* qui regni potens eſt factus anno 1246. Sed obiit anno 1247. & ſucceſſit illi cognatus *Manchukahon* f.

Tulikan. qui terras Perſiæ conceſſit fratri ſuo *Vlahkukhan* & obiit anno 1260. *Vlahkukan* ſubjugavit Hierak; cepit Bagdad & mox Halebum atque Damaſcum. Et obiit in Meragah juxta Tabris anno 1266. poſtquam regna ſua diviſiſſet inter tres filios; primogenito *Habkaykahon* dedit Hierak, Mazandaron & Karaſon; ſecundo *Hyaxemet* Armeniam, Aderbajon; Tertio *Taudon* Diarbeck & Meſopotamiam. Reliquis duobus Nicudar Oglan & Targahekhan nullas terras aſſignavit.

Haybkaykhan obiit in Amadon an- anno 1282. & licet filios haberet ſucceſſit illi frater *Nicudar Oglan* dictus Hamedkhan.

Hamedkan primus Mahumetaniſmum amplexus, obiit anno 1283. & ſucceſſit illi cognatus *Argonkhon* fil. Haybkukhan qui obiit anno 1292. & ſucceſſit illi frater

Ganiatukhon; quem patruus *Baydukhan* vicit & occidit anno 1295. qui à ducibus *Gazun* f. Arghonkhon victus, occiſus fuit in Tabris anno 1296.

Gazun poſt res præclare geſtas obiit in Kazuin anno 1305. & ſucceſſit illi frater *Alyaptu*.

Alyaptu factus Mahumetanus ſumſit nomen *Sulton Mahamed ben Argon*; condi-

ondidit Sultaniam anno 1306. ubi obiit
nno 1317. ſucceſſit
Sultan Abuſayd filius illius, qui obiit
nno 1337. poſt quem Perſia in varias
artes manſit diſtracta; donec venit *Tey-
nurlangh*, cujus res geſtas commemorare
non eſt hujus loci. Obiit in Anzar pro-
vincia Katayo anno 1405. & habuit
quatuor filios: primogenitus *Toon Guyr*
obiit ante patrem & reliquit duos filios
Mahamed Sulton & *Pir Mahamed*, quem
Teymur moriens ſibi ſucceſſorem dixit
in regnis Gaznehen & Indiæ, quem Pir-
Aly poſtea occidit. Secundo genitus *Ha-
mar-Xeque*, occiſus in Loreſtan vivente
patre. Tertius *Mirunxa*, qui poſſedit Hie-
rakhen, Ader-Bajon & terras Damaſcum
uſque; hunc occidit Kara Iſſuf Turkima-
nus in Ader-Bajon anno 1408. Quartus
Mirzah-Xarok, qui patri ſucceſſit in
Imperio, aſſiduus comes expeditionum
illius. Qui obiit anno 1447. reſtituto re-
gno Ader-Bajon filio *Kara Iſſuf* qui di-
cebatur *Mirzah Ioonxa*. *Xarock* habuit
quinque filios; quorum primogenito
Mirzah Ologhbek dedit Turkeſtan &
Mautehanar: Secundus *Ebrahem Sul-
tan* obierat ante patrem anno 1435.
Quemadmodum & Tertius *Baesfangor*.
Et quartus *Mirzah Soyorgat Mexkhon*.
Atque quintus *Mirzah Mahamed Iugny*.
Ologh-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Ologhbek in prælio contra filium *Mirzah Abdelatife* fuit cæſus anno 145 filius autem poſt ſex menſes à militib ſuis fuit occiſus.

Mirza Abdula ſucceſſit fratri Abdlatifæ, quem *Sultan Abuſayd* R. Kor ſon profligavit & occidit anno 1452.

Abuſayd f. Mahamed f. Mironxa, Teymur deinceps regnavit in Badaxon Gaznehen, Kabul, Siſtom, Koarrazir Anno autem 1468. *Mirzah Azembec* ben Alybek ben Kara Otman occidi *Mirzah Ioonxa*: quem cùm *Abuſay* peteret, ab ipſo fuit oppreſſus anno 1469 & ſucceſſit illi filius Mirzah Sulton *Hamed*: qui obiit anno 1495. cui in regn Mautehanar ſucceſſit cognatus *Mirzah Babor*: qui anno 1500. regno fuit exutu à *Xaybekkhan* Vzbequio: ſed poſteri illius ampliſſima regna obtinuerunt in India.

Reges Perſiæ è familia Kara Kuyonlu.

K*Ara Mahamed* Turkiman. Hujus filius *Kara Iſſuff* occupavit Bagadad & Tabriz Sultaniam, Kazvin, Tarom; obiit anno 1421. Habuit ſex filios quorum primogenitus *Pyr-Budahkhan* obiit ante patrem; *Amir Scandar*; *Mirzah Ioonxa*; *Xa Mahamed*: qui Per-

ſiam

am tenuit annis XXIII. & occiſus fuit
nno 1431.

Amir Apſal, qui obiit ante patrem; *Abuſayd* à fratre Scandar occiſus.

Amir Scandar ſucceſſit patri anno 1422. & fuit occiſus à filio ſuo Xakobad nno 1438.

Ioonxa ſucceſſit Fratri, cui paruerunt Tabriz, Aderbajon, Hyerakhen, id eſt utraque Iraca, Parc, Kermon, & magna pars Syriæ. Fuitque cæſus ab Azembek anno 1468. ſucceſſit illi *Azen Aly* filius, qui ad eundem modum cæſus fuit ab Azembek anno 1469. & exſtinctum fuit regnum familiæ hujus.

Reges Perſiæ è familia Akuyonlu.

Azembek qui & vulgo dicitur *Vſun Cazan* ſubjecit imperio ſuo utramque Iracam, Aderbajon, Parc, Kermon & plures provincias Perſiæ: obiit anno 1478. Habuit ſeptem filios; *Ogorlu Mahamed* qui ſtatim obiit poſt patrem: Sultan *Kalil*: *Iacub* mirzah: *Maziah* mirzah; *Iſſuf* mirzah; *Mak ſubed* mirzah; *Zeynelbek* in prælio contra Turcos occiſus fuit.

Sultan Kalil ſexto regni menſe fuit cæſus à fratre ſuo Makſudbek. & ſucceſſit illi *Yacubbek* qui duodecimo regni ſui anno obiit juxta Tabriz anno 1492. ſucceſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

ſucceſſit *Bayſangor* filius illius, qui regno fuit pulſus à *Roſtambek* filio *Makſudbek* anno 1493. qui quinto regni ſui anno profligatus fuit ab *Hagmedbek* filio *Ogorlu* & obiit in *Gorgeſtan*.

Hagmedbek; qui à duobus ſuis præfectis Haybe Sulton & Kacembek Pernaque juxta Hiſpahan fuit ſuperatus & occiſus: & fuit ab ipſis ad imperium Perſiæ vocatus *Alvvan Bek* f Iſſuf bek: ſed oppoſuit ſe illi frater *Mahamed* Rex Yaſd: & mox Soltan *Morad* qui Mahameden ſuperavit & occidit anno 1500.

Sultan *Morad* Rex Parc & Hierak & *Alvvan* dominus Tabriz & Aderbajon: convenerunt inter ſe ut quiſque retineret quod poſſidebat. Verum Iſmaël filius Aydar primo profligavit Alvvanum, qui obiit anno 1502. & mox etiam Sultanum *Morad*, qui à militibus fuit occiſus anno 1504. Atque ita exſtinctum fuit regnum familiæ Akuyonlu; & pervenit ad Sophinos de quibus ante diximus.

PARS

PARS SECVNDA

Qua

Varia itineraria in Perſiam & per provincias Perſiæ comprehenduntur.

I.

EXCERPTA EX ITINERARIO Ioſephati Barbari, quæ Perſiam attingunt.

THarſum (inquit) egregiam urbem appulimus; ea Dulgadoro paret, qui fratrem habuit Seſſicarum nomine: Regio vero Sultani imperio ſubjecta eſt, licet Armeniæ minoris pars ſit.

Nota è Leonclavio: *Provincia ſive regio Dulgadir, à noſtris partim Anadoule, partim Aladoule dicitur. Turici vero Annales Dulgadiris nomen regioni tribuunt, cujus princeps ab iis dicitur Aladeule. Limites ditionis, Cappadociæ montibus incluſæ tunc temporis erant, verſus Syriam Halepo: verſus Perſicum impe-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

imperium Armenia minor : verſus Turcicum Amaſia ; verſus Carmaniam, Adana & Tarſus.

Vrbs tria milliaria in circuitu continet, in eam pons lapideus per fluvium, quo fere undiquaque cingitur, aditum præbet. Arcem habet amplam ex lapide egregie conſtructam, urbs in colle parum edito poſita.

Inde unius diei itinere *Adena* eſt (Leoncl. *Adana*) ampliſſima urbs, quam itidem fluvius ſpacioſus alluit, pontem lapideum habens XL paſſuum, arcubus diſtinctum. Adena & vicina regio goſſypino abundat, Sultano ſubjecta eſt, licet in Armenia minori ſita ſit.

Nota è Leonclav. *Fluvium qui utramque urbem alluit veteribus fuiſſe dictum Cydnum, nunc Turcis Caraſu, ab aqua profunda nigro admodum colore.*

Multæ paſſim arces, oppidaque deſtructa & devaſtata ad Euphratis uſque ripas cernuntur, hunc fluvium nave Turcica, qua XVI Imperatoris equi vehebantur tranſivimus. Ad alteram ripam Armeniorum pagi ſunt, ubi pernoctavimus: ſuperato fluvio proxima urbs ſeſe obtulit *Orpha* nomine, quam Edeſſam quondam vocatam volunt, Aſambeo paret, & administratur à fratre illius Balibecho. Non ita pridem imprimis floruit, ſed deſtructa

majo

majore ex parte à Turcis, cum Aſambæus *Bir* obſidione diſtineretur.

Inde ad radices montium delati *Merdinam* urbem pervenimus, ad quam aditus per ſcalas patet, cujus gradus lapidi inciſi magnitudine pedum quatuor, per milliare Italicum ſe extendunt. In ſummitate porta eſt, qua per longam plateam in urbem itur; mons undique fontibus aquæ dulcis eſt irriguus; in ipſa urbe alius eſt mons præceps, arcis firmiſſimæ vicem gerens, ad quem ſimiliter per ſcalas & gradus aſcenditur, ædium parietinæ ſunt pro muro & civium frequentia, qui ſerico & goſſypio quæſtum faciunt.

A Merdina ſex dierum itinere pervenimus ad oppidum *Aſſanchiph*, Aſſambeo parens: ſed prius ad dextram frequentes viſuntur ſpecus & antra in parvo quodam monte excavata, & hominum habitationi deſtinata; ad ſiniſtram autem mons cui urbs impoſita eſt: non incelebre emporium, ſeſqui milliare ambiens, continens egregia ædificia & nonnullas Moſcheas. Adjacet lacus & fluvius Sert olim Tigris præterlabitur ſublicio ponte ſtratus.

Hoc monte ſuperato, iter ducit per planiciem, paucis collibus diſtinctam neque altis neque aſperis; bidui itinere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

quaſi verſus Orientem, ad urbem *Sairt*.
Quæ triangulari forma conſtructa, ab
una parte caſtello multis propugnaculis
cincto, defenditur, cujus muri ex parte
ceciderunt: ambit tria milliaria; inco-
lis frequens, ædibus, templis, & eximiis
fontibus ornatiſſima. duo magni & rapi-
di amnes tranſeundi ſunt, quorum unus
vocatur *Betelis*, alter *Iſan*. Atque hacte-
nus extendit ſe Armenia minor.

Nunc regiones quæ Tauro ſubjacent
ſubeundæ ſunt, qui à ponto Euxino or-
diens juxta Trapezunta, pergit verſus
ortum ad Sinum Perſicum uſque. Hunc
primum attingentibus fiunt obvii altiſſi-
mi & aſperi montes, à Curdis habitati,
qui idioma uſurpant à vicinis diverſum,
& crudeliſſimi ſunt latrones, habitant
enim caſtella editis jugis & aſperis clivis
inædificata (ſed plurima jam ob latroci-
nia à principibus ſunt exciſa) ita ut vix
quiſquam viatorum manus illorum poſ-
ſit effugere. Cujus ipſe experimentum ce-
pi: nam quum IV April. 1474. ex urbe
Chexan, (quæ paret vaſallo cuidam Aſ-
ſanbei) mane eſſemus digreſſi & vix me-
dii diei iter confeciſſemus, in præcipiti
clivo Curdi hi impetum in nos fecerunt,
ita ut Legatus Aſſambei, & aliquot mecum
cum caderent, ipſe vulneratus ægre effu-
gerem. Tertio die ingreſſi ſumus urbem
Vaſtan

Vaſtan, pene dirutam, populo infrequentem & vix ccc focis conſtantem. Inde biduî itinere diſtat *Choy*, itidem pene dirutа, & tantum cccc focorum. Quum ad finem montis Tauri veniſſem, alio ductore uſus triduo perveni Tauriſium; veteribus Ecbatanam & Mediæ caput.

Meminit deinde *Soltaniæ*, quæ olim nobilis urbs fuit, nullo tamen muro cincta, ſed caſtello munita, cujus muri jam quoque diſiecti fuerant: oppidum eſt ſatis amplum, quatuor millia ambiens, nec infrequens, fontibus abundans: A Sultania verſus Schiras proficiſcenti, primo fit obvium exiguum oppidum *Culperchean*, ſed quod olim grandius fuiſſe, plures parietinæ faciunt fidem; capit duo millia & circiter quingentos focos.

Inde quoque adivimus urbem *Spaam*, ea vallo è ceſpitibus & foſſa undique circumdata erat, & ambitu ſuo quatuor milliaria complectitur, & ſi ſuburbana annumeres, circiter decem, in quibus tam pulchra ædificia viſuntur, quam in ipſa urbe. Intelligebam autem illam cum numeroſis incolis abundaret, belliсоſis & imprimis opulentis, non raro Regibus ſuis minus fuiſſe obſequentem; ut circiter viginti annis ante illud tempus, quum Giauſa rerum in Perſia poti-

retur, rebellaſſe, ideoque illum militibus
ſuis imperaſſe ut ſinguli ſingula capita ad
ſe deferrét, unde maxima ſtrages in oppi-
do fuerit facta; ita ut vix ſexta illius par
tum habitaretur. Multæ viſuntur in ill
antiquitates & pulcherrima opera: inte
quæ eminet ſtagnum quadratum, aqua
limpidiſſimæ & pulcherrimæ potari; in
ambitu illius ſunt variæ columnæ, va
riæque officinæ mercatorum; quæ no
ctu ſepto clauduntur ad mercium ſecu
ritatem. Sunt alia plura ædificia admi
randa, quæ prætereo; unum addo, etiam
num ad centum quinquaginta millia ani
marum in oppido & ſuburbiis numerari

Venimus deinde & *Caſſanum*, oppi
dum populoſum, in quo plurimi pann
& alia fiunt è ſerico & goſſypio: mur
cinctum eſt, ambitque circiter tria mi
lia; habetque præterea plura & amp
ſuburbia. Adivimus & *Comum*, oppidu
non ſatis bene ædibus inſtructum, quo
ſex millia ambit, muro cinctum; oppid
ni colendis agris, & vinetis imprimis va
cant; plures hic viſuntur horti, in quib
naſcuntur optimæ melones; quaru
quædam pendunt xxx libras, carne ca
dida & ſuavi inſtar ſacchari; focorum n
merat viginti millia.

Pergentes inde offendimus *Ieſdi* o
pidum artificibus habitatum, qui ſe

cos pannos texunt: muro cincta eſt, qui ambit circiter quinque millia. Suburbia habet ampla. Plerique autem incolæ ſunt textores, maxima enim optimi ſerici copia huc adducitur, à Strava, Azi provinciis verſus Zagatayum & mare Caſpium ſitis; ita ut hinc longe optimi panni ſerici petantur.

Hactenus quidem viam ſequutus ſum verſus Notum; regredior jam ad orientem: & primo dicturus ſum de *Sciras*, quæ poſtrema eſt Perſiæ civitas verſus ortum; maxima civitas & quæ cum ſuburbiis ambit circiter viginti millia; populo frequentiſſima, maxime mercatoribus; quia omnes qui ab Ere, Samarcand & aliis partibus orientalibus Perſiam petunt, hanc tranſeunt; Aſſambeus cinxit illam vallo è ceſpitibus aggeſto valde alto & ſpiſſo, foſſaque; templa habet pulcherrima & ædificia affabre facta: numerat ſupra ducenta millia animarum.

Ab hac extra Perſiam itur ad *Ere*, oppidum provinciæ *Zagatai*, & parens filio Sultani *Buſech*: amplum quidem ſed tertia parte minus quam Sciras. Hinc iter proſequentibus verſus boream, per ſolitudines & ſteriles terras, atque aquarum inopes, prætерquam in puteis quibuſdam induſtria factis, quadraginta dierum itinere venitur *Samarcandam* in ea-

dem provincia Zagatai ſitam, ampliſſi-
mum oppidum & populoſum: nam per
illud eunt redeuntque mercatores Cini,
Macini & Cathaenſes: quorum provin-
cias non vidi, ſed intellexi Cinos & Ma-
cinos grandes provincias occupare &
idololatras eſſe.

Qui autem à Tauriſio petunt ſinum
Perſicū, illis iter eſt per oppidum *Cuerch*
exiguum quidem ſed opportuno loco ſi-
tum.

Redeuntibus ab Ormuzio iter eſt
per *Lar*, inſigne & magnum oppidum
atque emporium: numerat circiter duo
millia focorum. Hinc tranſitur ad *Si-
ras*; atque inde ad *Camaram* magnum
pagum, juxta quem viſitur mons ro-
tundus, & circiter ſex paſſus altus, cu-
jus vertici complanato, quadraginta co-
lumnæ ſuperſtructæ ſunt, quas vocant
Chilminar, id eſt, quadraginta columnas:
ſingulæ ſunt altæ viginti cubitos, & craſ-
ſæ quantum tres viri complecti poſſunt:
quædam illarum jam conciderunt; ſatis
apparet fuiſſe pulcherrimum ædificium:
ſolum autem unum eſt ſaxum, cui figuræ
hominum inſculptæ videntur, mole pene
gigantea: & ſupra omnes imago intra
circulum, qualem Deum patrem ſolemus
fingere, quæ orbem in manu habet, &
ſub illo longe minores figuræ; & porro
imago

imago hominis arcui innixi, quem Salomonem eſſe volunt; inferius adhuc longe plures videntur, quibus alius ſuperſtat qui mitram papalem videtur geſtare, & manu elevatâ atque apertâ cæteris benedicere. Vlterius videtur imago equitis robuſti, quem Samſonem interpretantur; poſt quem ſequuntur plures longis capillis & Francico more veſtiti: & ſimilia.

Inde bidui itinere venitur ad villam *Thimar*: & rurſus biduo ad alteram ubi matrem Salomonis ſepultam fabulantur. Et rurſus triduo ad villam *Dehebeth*; tum biduo ad *Vargau* olim magnam & pulchram urbem; numerat hodieque mille focos: & quatriduo ad villam *Deſter*: triduo ad *Taſten*; denique unius diei itinere ad *Taſden*. Hinc venitur ad exiguam villam *Meruth*; & bidui itinere ad *Gnerden*, ubi habitant *Abraini*, ſive ab Abrahamo originem ducant, ſive religionem illius ſequantur.

Inde biduo tranſitur ad oppidum *Naim*, circiter quingentorum focorum; & iterum biduo ad villam *Naiſtan*; & porro biduo ad exiguum oppidum *Hardiſtan* circiter quingentorum focorum. A quo ad *Caſſanum* ſupereſt iter tridui. & itidem tridui à *Caſſano* ad *Comum*.

Ab Como unius diei itinere venitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Savam, mille focotum. Tridui itinere à Sava jacet exiguum oppidum *Euchar*; & alterius tridui *Soltania*.

Idem iter à Tauriſio ad provincias quæ mari Caſpio adjacent verſus ortum, quæque Zagatayo annumerantur, ita deſignat.

A Tauriſio ad Soltaniam VII dierum iter.

A Soltania ad Euchar. III. dier.

Ab Euchare ad Savam IV. dier.

A Sava ad Coim vel Koim exiguum oppidum VI. dier.

A Coi ad Rhei parvum itidem oppidum atque infrequens III dierum.

A Rhei ad Sarri exiguum oppidum totidem.

A Sarri ad Sindam minutum oppidum IV.

A Sinda ad Tremigam parvum oppidum IV.

A Tremigan ad Bilan ſex dier.

Sequitur deinceps *Strava*, à qua ſecta Stravainorum nomen accepit; oppidum ſitum eſt ad mare Caſpium loco inſalubri, frumentique inope, unde fere oryzam hic mandunt. Iacent & alia loca ad dictum mare, uti Lahazibent & Mandradan, aliaque; in quibus præſtantiſſimum ſericum colligitur, quod reliqua univerſæ Perſiæ dicitur ſuperare.

Idem

Idem quoque iter à Trapezunte ad Tauriſium, ita deſignat: A Trapezunte iter inſtituentibus verſus Notum, proficiſcendum eſt per montes & ſylvas inhabitatas, ubi occurrunt aliquot villæ & exiguæ arces. Prima arx alicujus nominis eſt *Baiburth*, in valle ſita, undique montibus concluſa, bene murata & munita, ſolo fœcundo, numerat circiter mille quingentos focos, dominum agnoſcit Aſſambeum. Ab hac quinque dierum itinere venitur *Arzingam*, magnum olim oppidum, nunc maxima parte dirutum. A quo ad Euphratem nominatiſſimum fluvium ſunt duo milliaria, tranſitur hic lapideo ponte XVII arcuum. Deinceps occurrit caſtellum *Carputh*, quinque dierum itinere ab Arzinga; in hoc tum agebat uxor Aſſambei, filia imperatoris Trapezuntii Deſpinacatun dicta. Tum caſtella *Moſchont*, *Halla* & *Thene* bene munita, & circiter quingentorum focorum ſingula, quæ magnum flumen præterlabitur haud longe à Carputh deſcendens. Incolæ hujus deſtrictus appellantur *Coinari*, id eſt, pecuarii. Hinc moventibus verſus ortum, obvium fit caſtellum ſcopulo *Pallu* inſidens, circiter trecentorum focorum; præterlabitur fluvius. A quo ad eandem plagam quatridui itinere venitur ad caſtellũ *Amus* in ſolo male culto.

Tranſitur deinceps in Turcomaniam, quæ olim Armenia major dicebatur: indigenæ illius hodie dicuntur Caraculu, id eſt, nigri arietes, uti Perſiæ & Zagatay incolæ Accorlu, candidi arietes. Quæ partium nomina inter ipſos habentur, uti olim Guelphi & Gibellini aut ſimiles.

Hic primum occurrit caſtellum *Mus*, exiguum ſed bene munitum, monti ſuperſtructum; ſub quo jacet oppidum, tria milliaria ambiens & populoſum. Hinc tridui itinere *Alhart* pulchrum & munitum caſtellum, ad lacum ſitum, qui patet in longitudinem quidem centum quinquaginta milliaria, in latitudinem, ubi maxima eſt, quinquaginta. Ab hoc quindecim milliaribus verſus Arctum jacet alter lacus circiter octuaginta millia ambiens. Sub Alharte jacet oppidum circiter mille focorum. Ad ſecundum lacum jacet oppidum ſatis pulchrum & muratum, *Ceus*. Vnius diei itinere ſecundum oram maris aditur oppidum *Herzis*, ſecus quod fluvius labitur, qui ponte ſtratus eſt. Quinque milliaribus à lacu viſitur munitum caſtellum *Orias*; pergit lacus dimidii diei itinere verſus ortum, ubi oppidum *Coi* jacet, de quo ſupra.

Quinque autem dierum itinere à *Coi*, viſitur campus ubi quondam fuit magna urbs, olim deſtructa à Teymure lango.

Repe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Repeiiuntur ibidem & multæ villæ, & poſt illas lacus, qui patet in longitudinem quidem ducenta millia, in latitudinem vero triginta. Sequuntur denique duo oppida *Teſſu* & *Zeriſter*, quæ utraque numerant circiter tria millia focorum.

Ab oppido Taurizio iter inſtituentibus verſus ortum, & interdum verſus Arctum, omiſſis in medio aliquot locis haud magni momenti; circiter duodecim dierum itinere occurrit *Sammachi* oppidum Mediæ in provincia Thezichia: cujus dominus appellatur *Siruanſcha*, ex hoc oppido quum opus eſt decem millia equitum educi poſſunt. Abeſt à mari Caſpio ſex dierum itinere, quod habet ad dexteram; ad ſiniſtram autem Mengreliam cum mari Euxino, & Caitacchos ſub monte Caſpio. Ampla eſt urbs & circiter quinque millium focorum: habitatores illius maximam partem ſunt Armeni, qui ſericis pannis texendis dant operam.

Ab hac iter eſt ad *Derbent*, oppidum ab Alexandro magno ut volunt ſtructum, ſuper mare Caſpium, milliari uno à monte, ſupra quem caſtellum habet, à quo deſcendunt duo muri uſque in ipſos maris fluctus. Derbent ſonat in noſtra lingua Anguſtias; vocant hodie

Thamir-

Thamircapi, id eſt, portas ferreas. Dividit enim Mediam ab Albania, quæ hodie eſt pars Tartariæ: ita ut illis, quibus iter eſt è Syria aut Perſia in Tartariam, neceſſario per hanc urbem ſit tranſeundum. Nam inter duo maria Euxinum & Caſpium protenduntur intervallo quingentorum millium, altiſſimi montes & valles, quas minuti reguli habitant; nemo tamen has tranſire audet propter metum latronum. Ad idem mare Caſpium jacet urbs *Bachu*, à qua mare Caſpium hodie agnominatur; juxta quam viſitur mons, oleum eructans nigrum & gravis odoris, quod in lucernis uſurpant, & inungunt illo camelos adverſus ſcabiem, cui alioquin iſta animalia valde ſunt obnoxia.

II.

EXCERPTA QVÆDAM EX Itinerario Ambroſii Contareni Venetæ Reip. Legati ad Vſun Caſſanum.

PRæteritis iis quæ ipſi obvenerunt in Polonia atque Ruſſia, uſque ad urbem Theodoſiam ſive Caffam: ita progreditur. Theodoſia urbs ad Ponti Euxini littora ſita, emporium eſt frequens & celebre, maxima habitantium copia refertum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

fertum, & ut fama fert, opulentum ſatis & potens.

Caffa (inquit) ſolvimus XV Iun. & vento ſecundo Euxinum ingreſſi, recta curſum verſus *Tinam* direximus; quum jam XX fere milliaribus abeſſemus, monuerunt nautæ locum eſſe periculoſiſſimum: quare vela verſus Liaſi & Phaſin dirigi juſſi. Locum cui Varti nomen eſt XXIX Iun. attigi: equi expoſiti & Phaſin LX milliaribus diſtantem deducti. *Varti* autem caſtrum eſt, paguſque exiguus in *Mengrelia*. Dominus cui paret, Gorbola appellatur, ad quem Caltichea quoque ſpectat, ad Euxinum ſita, exigui momenti locus. Nonnihil ſerici & canabis atque ceræ ibi reperitur, incolæ miſerrimi ſunt.

Cal. Iulii Phaſis oſtia attigi, relicta autem navi in cymbam nos conjecimus, eaque fluvii oſtium ingreſſi, primum inſulam quandam offendimus, in qua Oetes Medeæ pater regnaſſe dicitur, hic pernoctavimus, culicum infeſtationibus valde divexati; poſtera die flumen cymba aſcendi, prætερita Aſſo urbe ad ripam ſita & ſylvis undiquaque cincta; hic fluvius duos baliſtæ jactus patet in latitudinem; hic in terram exſcendi & biduum ſum commoratus.

Phaſis urbs in Mengrelia ſita eſt, Bendiano principi ſubjecta, qui exiguam ditio-

ditionem habet, III dierum itinere forte patentem, ſylvis & montibus paſſim impeditam, incolæ ſunt feroces & brutis ſimillimi. Cereviſiam coquunt, frumenti & vini parum & nullius momenti habent. Cibus ipſorum conſuetus ex panico fit, pultis inſtar cocto, quo miſere ſuſtentantur. Nihil illis deeſt præter induſtriam & vigilantiam, qua ſi eſſent præditi, tantam piſcium copiam in fluvio capere poſſent, quæ ad vitam ſuſtentandam ſufficeret: Chriſti nomen profitentur & obſervant Græcorum ritus, multis graviſſimis ſuperſtitionibus vitiatos.

Phaſide IV Iulii diſceſſi: & Mazum fluvio rate trajecto, biduo per continuas ſylvas & montes magnam Mengreliæ partem emenſus, veſperi attigi locum, ubi Bendianus cum univerſa aula ſub arboribus quieſcebat.

VII Iulii iterum viam per continuos montes & ſylvas ingreſſi, ſequenti die flumen ſuperavimus, qui Mengreliam à Georgia diſtinguit. IX Iul. oppidulum *Cotachis* attigimus, arce lapidea ſuper collem munitum, ubi templum viſitur antiquum. XII. inde diſceſſi & facto continuò itinere per montes & ſylvas, veſperi ad pedem montis quievimus, proximum erat caſtrum *Scander*, ubi Rex Pangrates reſidebat. Ad quem deductus,

ducem-

ducemque itineris nactus; xv Iul. iter continuavi, per ſylvas & montes horribiles, per biduum, maxima moleſtia: Tandem xvii venimus ad urbem Goriden, Georgiæ Regi ſubjectam: in planicie ſita eſt & arce munita; præterlabitur magnus fluvius.

Georgiæ provincia ſuperat bonitate aliquantulum Mengreliam, incolarum tamen iidem plane ſunt mores & eadem vivendi ratio.

xx. Iul. hunc locum reliquimus & continuato itinere per montes & ſylvas, interdum reperimus pagos, ubi victum comparavimus, nocte juxta fontes in gramine quieſcentes; atque ea ratione totam Mengreliorum & Georgianorum provinciam ſumus emenſi.

xxii. Iul. Montem immenſæ altitudinis aſcendere cœpimus, & ſub noctem vix ad ſummum culmen penetravimus, ubi quieſcere coacti fuimus licet aqua plane deſtituti. Poſtero die ſuperato monte, primum Vſuncaſſani ditionem, quæ Armeniæ initium eſt, attigimus; veſperi ad arcem *Reo* delati, quæ in planicie ſita ad fluvium profundiſſimum, cui ab altera parte excelſus mons imminet: Ad ripam pagus eſt quem Armenii incolunt, ex à præſidiariis Vſuncaſſani cuſtoditur.

xxvi. Iul. Reo diſceſſum; & ſuperato quo-

quodam monte in planiciem deſcendimus.

XXIX. Ad montem Noæ penetravimus, qui quum ſit altiſſimus, numquam non ad radices uſque nive albeſcit, eamque faciem per totum annum retinet. Exinde nobis per ſpacioſiſſimos campos, quos colles nonnumquam diſtinguebant, iter fuit.

XXX. Iul. Arcem *Chiagri*, quæ Armeniorum liberorum eſt, pervenimus. Inde Cal. Auguſtis, ſub veſperam diſceſſi, ad pagum Armeniorum, qui ad montem ſitus erat: poſtero die fluvius ſuperatus, qui præterlabitur; à ſiniſtra manu XI Armeniorum pagi conſpecti, exiguo intervallo diſtincti. Hæc regio totius Perſiæ fertiliſſima & amœniſſima eſt.

III. Aug. Oppidum *Marerichi* attigimus, prope quod ea nocte tranſgreſſimus, poſtridie in ſummo calore, per continuas planicies equitavimus, nec uſquam aquam puram ad ſitim ſedandam invenimus. Eodem die *Taurin* ſeu *Ecbatanam* ingreſſi ſumus; quæ in planicie ſita, vallo è terra male congeſto cingitur; prope conſpiciuntur montes, quos Tauri montes vocari aſſerunt.

XXII. Ecbatana diſceſſi. Regio per quam profecti ſumus, undique planiſſi-

mi

na eſt, raris collibus diſtincta, arida quo-
que, ubi nuſquam arbor nobis niſi prope
luvios viſa. Pagos offendimus exiguos,
nte meridiem in campo quievimus, ubi
tiam noctem poſtea peregimus: in pagis
neceſſaria comparavimus. Hac ratione
ter continuando XXVII Septemb. Solta-
niam urbem pervenimus, arce ampla mu-
nitam, & muro undique cinctam. In ea
res portæ æneæ conſpiciuntur, damaſce-
no opere elaboratæ. Vrbs in planicie ſita
ſt, cui tamen contigui ſunt montes pau-
rum editi, tempore hiberno incolæ pro-
ter frigus alio migrant.

XXX Septemb. priorem proficiſcen-
di rationem nunc per planiciem, nunc
er colles repetentes, conſueto in cam-
pis pernoctandi more obſervato;

IV Octob, urbem *Senam* appulimus,
quæ nullo muro clauditur, in planicie ad
luvium ſita, nonnullis arboribus cincta.

VI Octob. inde digreſſi, mature ur-
bem *Kom* attigimus. Vrbs in planicie
ita eſt, non adeo magna, muro è cœno
onſtructo munita; incolarum frequen-
ia & omnium rerum copia abundans.

XXIV Octob. iter denuo ingreſſi, po-
tridie urbem Caſſan attigimus, Como
liquanto pulchriorem. Sequenti die in
rbem *Nethas* delati, quæ in plano quo-
que ſita vini abundantia claret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

XXVIII Octob. itinere per planicie[illegible] continuato: III Kal. Novemb. Spa[illegible] urbem, in qua Vſſuncaſſanus morab[illegible] tur, attigi. Cingitur vallo è terra cong[illegible] ſto: in planicie ſita, omnium rerum qu[illegible] vita deſiderat, abundans.

III.

EXCERPTA EX ITINERA- rio Itali mercatoris anonymi apud Ramuſium.

EX Haleppo profectus primum ad[illegible] oppidum *Bir* exiguum trans Euphr[illegible] tem ad ripam ſitum: id à Sultano C[illegible] rabeech muro undique cinctum, cu[illegible] pulchra & munita arce. Obſervat autem[illegible] omnia oppida & caſtella trans Euphr[illegible] tem ſemper, atque etiam tum (ſcripſit a[illegible] tem poſt annum cIↃIↃXX) fuiſſe ſ[illegible] imperio Regis Perſarum, uti illa qu[illegible] cis fluvium jacent ſub Imperio Sulta[illegible] Ægyptii.

A Bir bidui itinere pervenitur *Orfan*[illegible] quam indigenæ narrant antiquiſſima[illegible] eſſe & à Nimrotho primum ædificatan[illegible] ambit decem millia, ſine ulla foſſa; i[illegible] medio oppidi extant duæ pulchræ & a[illegible] tæ columnæ, quæ nequaquam concedu[illegible] Venetis ante ædem S. Marci: uti & pu[illegible] cherrimus fons, qui ſeptem molas in[illegible]

urbe[illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

urbem circumagit, & agros in vicinia rigat: vocant fontem Abrahami. Extra oppidum circiter ſex mill. paſſ. viſitur puteus cujus aquæ lepram ſanare dicuntur. Oppidum eſt imprimis magnificum, in quo multa extant palatia & decem aut duodecim pulcherrima templa, multo marmore ornata. Ager ſuburbanus amœniſſimus eſt & fœcundiſſimus. Oppidum denique metropolis eſt provinciæ Dierbeck.

Bidui itinere ab Orfa occurrit caſtellum *Iumilen* ſuper monticulum ſtructum, debili muro & foſſa anguſta è ſaxo exciſa. In ambitu ſunt plurimæ cavernæ è petra excavatæ, in quibus habitant agreſtes, homines imprimis bardi. Ager ariditiſſimus eſt ita ut pluvias aquas vernis menſibus in ciſternis cogantur ſervare. Tridui itinere ab hoc caſtello jacet *Caramit*, ampliſſimum oppidum, quod à Conſtantino ſtructum volunt, ambit circiter decem aut duodecim millia, muros habet validos, è vivo ſaxo eductos, cum trecentis ſexaginta qua turribus, qua turriculis, fabricæ admirabilis. In oppido viſuntur multa magnifica templa & palatia marmorea, græcis litteris inſcripta. Abundat aquis, & fontibus; inter fluvios qui alluunt memoratur *Set*, qui hibernis menſibus ſupra modum intumeſcit, &

rapide decurrit ad Aſanchif, & juxt
Bagdat confluit in Euphratem.

A Caramit unius diei itinere occurri
Dedu pulcherrima arx, ſub ſe habens plu
res pagos.

A *Dedu* unius diei itinere aditur *Mir*
dinum, magnifica urbs, quatuor au
quinque millia ambiens, ſuper editum
montem; habet & caſtellum: validis mu
ris cincta eſt, in urbe ſunt magnifica pala
tia & templa. Niſi autem aquarum ino
pia laboraret, quæ hic paucæ & fere fa
ſæ, haud dubio pulcherrima foret huju
provinciæ *Diarbeck*.

A Mirdino bidui itinere verſus aqui
lonem, occurrit oppidum *Gizire*, a
Armeniis habitatum & Curdis & alii
in Inſula ſitum, præterlabitur fluviu
Set, qui montem vicinum radit, ubi ar
viſitur. Sed hoc oppidum ab iis qui Tau
riſium petunt relinquitur ad dexteram.

A Mirdino itaque quatridui itiner
venitur *Aſanchif* metropolin Dyarbeck
ambit quatuor aut quinque millia, mur
cincta ad radicem montis, præterlabitu
fluvius *Set*, emporium populoſum. Im
minent oppido duo caſtella, extra oppi
dum ſunt quatuor ſuburbia: ad ortum
quidem ad clivum montis ſunt plurimæ
ſpecus è petra exciſæ quæ modicum op
pidum æquant: ſub hiſce jacet alterum

ſubur

ſuburbium cum magnificis ędibus: Trans fluvium autem & ad præruptas illius ripas ſunt ſimiles ſpecus, & inſignes ædes, cum gradibus pulcherrimis, quos deſcendunt ad aquam è fluvio hauriendam. Fluvius hic pulcherrimo & admirabilis operis ponte junctus eſt, qui ab hoc ſuburbio ducit ad oppidum.

Ab Aſanchif, quinque dierum itinere pervenitur ad *Caſondeur* caſtellum exiguum ſuper aſperum montem poſitum; in regione montoſa & arida.

Paulum extra viam jacet oppidum *Sert*, ubi gallæ, & caſtaneæ naſcuntur maxima copia.

Aſanchif ſubſunt tres pulcherrimæ arces, *Aixu*, *Sanſon*, & *Arcem*.

Sequitur deinde *Bitlu*, mediocre oppidum, muro nequaquam cinctum, ſed arce grandiori ſuper collem ſita defenſum. Situm eſt oppidum inter altiſſimos montes, in convalle. Omnis hæc regio nivibus ſupra modum eſt obnoxia; ita ut non poſſint ſementem frumenti facere ante vigeſimum Aprilis. Secat oppidum fluviolus.

Bidui itinere à Bitli, occurrit *Totovan* exiguum caſtellum, in monte ſitum, qui lacui ſalſo imminet; patet in longitudinem trecenta millia paſſ. in latitudinem centum & quinquaginta mill. accolunt

 poſſi-

potiſſimum Armenii in plurimis pagis. Ad partem illius orientalem jacent quatuor arces, *Totavan*, *Vaſtan*, *Van* & *Belgari*; ad occidentalem tria, *Argis*, *Abalgiris* & *Calata*: quorum Calata olim magnum fuit oppidum uti è ruderibus apparet, nunc exigua arx. Inter Totavan & Vaſtan, jacet inſula duobus mill. paſſ. à ripa, edita, & mera rupes, quæ ab oppido tota occupatur, quod ambit duo millia paſſ. *Arminig* dicitur, frequentibus Armeniis habitatum. Vniverſum lacus ambiunt altiſſimi montes & jugi nive tecti.

Bidui dein itinere venitur *Vaſtan* caſtellum ab Iſmaële exciſum, ita ut tantum pagus cum foro ſuperſit.

Vnius diei itinere aditur *Van* caſtellum ſuper rupem ſtructum, forma oblonga; ambit mille paſſus: diſtat ſupra milliare à lacu.

A *Van* tridui iter eſt à *Elatamediam* caſtellum, à Turcomanis habitatum. Et alterius tridui ad *Merent*, quæ olim fuit grandis urbs, uti ex antiquis ædificiis apparet; in planicie ſita, quæ à multis amniculis rigata, pulcherrimos hortos complectitur.

Tridui itinere à Merent aditur pulcherrima planicies, montibus undique cincta, in cujus medio jacet *Coi*, magna urbs, & olim major uti ex ædificiorum rude-

uderibus apparet. Rex Perſiæ Xa-Iſmael ic ſumptuoſum palatium ſtruxit, quod ocant Doulet Chana, id eſt, domum ulchram. Hinc per alterum exiguum op-idum, *Sophian*: tandem venitur ad Tau-iſium nobiliſſimum & antiquiſſimum oppidum de quo ſupra plura diximus.

Ardevil diſtat quatridui itinere à Tau-iſio.

Maumutaga arx municiſſima ad ma-e Caſpium: portum habens, ad quem aves appellunt à Sara & Maſandran, um omnis generis mercibus, quæ Sum-nachiam & Tauriſium ſubvehuntur. Ab ac arce bidui iter eſt ad *Summachiam*, oppidum grande & opulentum empo-ium.

A Maumutaga ad Derbent iter eſt ſe-tem dierum per provinciam Servan; ha-et autem ſecus mare Caſpium tria ma-na oppida & totidem caſtella. Principa-e autem oppidum eſt Sammachia, circi-er unius diei itinere à mari.

A quo haud longe abeſt caſtellum *Cu-ſtan*, altiſſimo & petroſo monti ſuper-ſtructum, difficilis admodum acceſſus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

IV.

EXCERPTA EX ITINERARIO Ioannis Cartwrigti Angli.

AB *Haleppo* trium dierum itinere per venimus ad ripas fluminis Euphratis per varios ignobiles pagos, & planiciem fœcundam atque omni annonæ genere abundantem. Vnus tamen pagorum eſt alicujus notæ, qui ab accolis appellatur *Tedith*, ubi Iudæi ſervant memoriam magnæ Synagogæ hic coactæ anno mundi 3498. Haud longe ab illo abeſt vallis Sali, Aramitarum clade nobilis, quorum millia octodecim hic à Davide cæſa. Ibidem & Camſon Gaurus magnus Ægypti Sultanus à Selymo I. magno prælio ſuperatus fuit, & ipſemet ab equitibus conculcatus creditur.

Euphrates è lacu *Chieldor-Giol* in Armenia pluribus rivis effluens (unde ab indigenis deſignatur nomine quod mille capita ſonat) eo loco quo primum illum attigimus, jam uno alveo fluens, eam latitudinem obtinet quam Thameſis ſupra Londini pontem. Hic mercatores cymbas ſolent conſcendere & ſecundo flumine Babylonem deſcendere, ut moleſtiſſimum & periculoſiſſimum iter per deſertum Arabiæ vitent. In hoc deſcenſu interdum viginti, interdum & triginta dies

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

occupantur, pro undarum copia aut inopia: commodiſſimum autem tempus eſt Aprili aut Octobri; quibus menſibus flumen ob pluviarum abundantiam valide intumeſcit: cymbæ planis carinis ſunt fabricatæ, ob crebra vada & tamen menſibus Iulio & Auguſto atque Septembri quoque nonnunquam hærent, ita ut lembos plures ſecum ducere cogantur, quibus onera levent. Singulis noctibus conſiſtunt in anchoris; mercatores in cymbis, nautæ ad ripas humi cubant. Plurimi hic Arabes ad ripam vagantur, qui omnis generis annonam & præcipue lac & ſimilia, cum aliis mercibus permutant: tam fœminæ quam mares natandi peritiſſimi ſunt; latrociniis & furtis deditiſſimi, ita ut ſumma cautio ab itinerantibus ſit adhibenda.

Ad adverſam ripam Euphratis jacet *Bir*, oppidum Meſopotamiæ, quæ provincia Turcis appellatur *Diarbeck*. Hæc fœcundiſſima eſt, & licet à Turcis miſerrime ſit vaſtata, tamen aliquot urbes habet quantivis pretii.

Et quidem primò ab oppido Bir, bidui itinere, *Orfam* nobilem urbem & magnæ dignationis, quam plurimi famoſam illam *Edeſſam* fuiſſe opinantur Hic etiamnum aliquot monumenta reperiuntur à Balduino Imperatore Latinis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

litteris inſcripta. Aër hujus oppidi perſalubris & ſolum fertile; ſed arboribus nudum, ita ut oppidani ob lignorum defectum, fimum camelorum & aliorum animalium, ad ſolem ſiccatum, cogantur urere. Oppidum quadrata forma eſt conditum; latus illius occidentale, aſſidet radicibus ſcopuloſi montis; orientale declinat in ſpacioſam vallem, vinetis & viridariis multis diſtinctam: mœnia valida, & quamplurimis machinis bellicis præmunita: ambitus illius capit tria milliaria Anglica, quondam Meſopotamiæ metropolis habita; in cujus locum hodie Caramida ſucceſſit: fons hic eſt piſcibus fœtus, ita domeſticis, ut alimenta è manibus hominum accipiant: Iudæi, Armenii & Turcæ referunt, fontem hunc Iacobi patriarchæ puteum fuiſſe, juxta quem Labani ſocero bis ſeptenos annos famulatus eſt pro uxore Rachele. Portæ oppidi nuper admodũ conquaſſatæ erant ab Eliaſgere ſcriba & perduellibus qui illum ſequebantur, qui quinquaginta millia Chequinorum oppidanis extorſerant. Eadem civitas olim *Carræ* fuit dicta, memorabilis ingenti illo prælio quod Romani cum Parthis conſeruerunt, quum Marcus Craſſus illis præeſſet, his vero Surena.

Ab Orfa oppido quinque dierum itinere

nere diſtat *Amida* hodie *Caramida* vel *Cara-Emit*, partim per aſperos & præruptos montes, partim per amœnas valles & planicies, inter quas una celebratur, undique montibus concluſa, ita ut unum tantum aditum habeat; hic Aladeulem paradiſum ſuum habuiſſe volunt.

Cara-Emit ſonat nigram civitatem in lingua Turcica, ſive ob colorem ſaxorum è quibus mœnia ſtructa ſunt, quæ colore Gagatem ſive Thracium lapidem æmulantur; ſive ob ſoli ubertatem, quod hic valde nigricat. Inſidet civitas eminenti ſcopulo, complectiturque ambitu ſuo pene ſex milliaria Anglica. Licet autem à natura ſatis munita videatur, tamen duplici muro cincta eſt; quorum exterior non nihil collapſus, interior vero validus & magna machinarum vi inſtructus.

Regitur à Baſſa, qui duodecim Sangiacis & triginta millibus Tymariorarum imperat; eſtque hodie metropolis Meſopotamiæ. Anno 1578. quum Amurathes Perſiam invaderet, hinc deducta fuerunt duodecim millia militum, Muſtafa graviter indignante, quod non plures adveniſſent.

A Caramida digreſſi, primo deſcendunt in amœnam & fœcundam planiciem, multis hortis & viridariis diſtinctam; per quam flumen Euphrates perniciter

niciter dilabitur æſtate quidem tenuis, ita ut multæ in illo inſulæ & peninſulæ extent, in quibus oppidani æſtivis menſibus tentoria ſua ſolent figere; hyeme vero ita intumeſcit ut inſulas haſce operiat, ut vado nullatenus poſſit tranſiri; unde circiter milliari uno ab oppido ponte lapideo ſtratus viſitur, viginti arcuum. Hic itinerantes relictis camelis ſumunt ſibi mulos, animal magis idoneum ad aſperos montes ſuperandos, qui hinc deinceps ſe offerunt; nimirum altiſſima Armeniæ juga, quæ ſacra Scriptura vocat *Ararat*.

Porro bidui itinere à Caramida, vaſte attollitur petroſus mons è quo Tigris oritur; nimirum è tribus ſcopulis tam admirabilem in modum ſuſpenſis, ut qui ſubter tranſeunt, ne capitibus ſuis irruant, vereantur. Turcæ hic tres pontes ſtruxerunt, ut eorum adminiculo hæc naturæ miracula propius liceret intueri: verum tantum hic eſt undarum murmur in præceps ruentium, ut animos potius horrore quam admiratione impleat.

Hunc montem plures alii excipiunt, in quibus plurimæ arbores naſcuntur, quæ gallam ferunt, quercubus nonnihil ſimiles, ſed minores & fere incurvæ. Hinc rurſus ad Euphratem pervenitur, qui hic interdum vado poteſt tranſiri.

Ad

Ad hujus orientalem ripam degunt Curdi, antiquorum Parthorum, uti opinantur, reliquiæ; gens rudis, eleganti tamen corpore & membris bene compoſitis; nunquam ſine armis ſuis procedunt etiam in extrema ſenecta, quæ ipſis ſunt arcus atque ſagittæ, acinaces & ſcuta; colunt venerantur que diabolum, ne armentis ipſorum noceat, Chriſtianis infenſiſſimi, unde eorum provincia hodieque terra diaboli appellatur; furtis atque latrociniis infames, in quibus Arabibus neutiquam concedunt: Parent quidem Turcarum Imperatori ſed ſummâ cum libertate.

In tota hac Curdorum provincia tantum unus pagus eſt alicujus nominis *Manuſcate*, quinque dierum itinere à *Caramida* & trium à *Bitliſh*; in fœcundiſſima valle ſitus, inter duos montes: & circiter milliare ab hoc loco eſt Hoſpitale S. Ioanni Baptiſtæ ſacrum, quod tam à Mahumetanis quam Chriſtianis crebro aditur: credunt enim iis qui hic ſive agnum ſive capram aut aliquot nummos obtulerint, omnia proſpera in itinere obtingere & omnium peccatorum veniam promereri.

Ab hoc plures aſperi & prærupti montes tranſcenduntur ad ripam uſque Euphratis, qui hic Meſopotamiæ limites con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

concludit. A quo tranſitur in magnam Armeniam, quæ à nonnullis in tres partes dividitur; quarum quæ minima eſt & Arctum reſpicit Georgia dicitur; media autem Turcomania; tertia propriè Armenia. Turcomania hæc prima Turcarum ſedes fuit, qui è Scythia moventes per Caſpias portas in Georgiam (quæ tum Hiberia dicebatur) ad oram maris Caſpii tranſierunt, & hanc Armeniæ partem ita invaſerunt, ut hodieque illam poſſideant, & ab ipſorum nomine denominetur.

In ipſo aditu hujus provinciæ, pulchra & lata planicies fit obvia, altis montibus undique cincta, in qua plures jacent pagi, omnes ab Armeniis habitati: gens illa induſtria eſt & laborum tolerans; fœminæ illorum arcum & ſagittas aliaque arma haud minus dextre tractare norunt, quam mares, veterum Amazonum in modum: & earum fœminarum quæ hodie in Perſia montana *Xataeh* incolunt. Familiæ illorum ampliſſimæ ſunt, nam tam filii quam nepotes & neptes omnes ſub uno tecto degunt, & parente defuncto reguntur à primogenito; verum ipſo decedente, non filius illius ſed major natu frater ſuccedit; omnibus autem fratribus defunctis, tum demum primogeniti filius major natu ſurrogatur: omnes veſtiuntur ad eundem modum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

dum, & victitant in ſumma quiete & honeſtate. Sed de nationis hujus frequentia nihil attinet plura dicere, ſiquidem non modo utramque Armeniam ſed & Ciliciam, Bithyniam, Syriam & Meſopotamiam, atque adeo bonam Perſiæ partem incolunt: quum autem tam ſint laborioſi & mercium in varias provincias tranſportandarum peritiſſimi, magnum utriuſque Imperatoris ærario adferunt incrementum. Duos habent Patriarchas, quos vocant univerſales, quorum unus in Carmaniæ oppido *Sis* haud longe à Tharſo degit: Alter in monaſterio *Ecmeazin* haud longe ab oppido *Ervan* in hac ipſa regione. Sub hiſce ſunt octodecim monaſteria, plena monachis ſui ordinis: & viginti quatuor Epiſcopatus. Singuli Patriarchæ percipiebant olim à ſingulis familiis, ad ſui ſuſtentationem unum Maidinum; ſingulis autem ſuberant ad minimum viginti millia familiarum: verum Imperator Turcicus hodie tributum hoc ſibi ſumſit, ita ut jam è ſtipe vivere cogantur, & cum uxoribus & liberis ab uno oppido ad alterum commeare. Servant hodieque religionem Chriſtianam, ſed multis abſurdis ſuperſtitionibus inquinatam: cruce ſe ſignant ad Romanorum modum, idque meritorium putant, ſi duobus digitis fiat, ſed

vanum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

vanum ſi uno, ut Iacobitæ ſolent: crucibus quoque ornant templa ſua, alias imagines non modo ignorant ſed & abominantur: in reliquiis conſervandis admodum ſunt ſuperſtitioſi, & virginem Mariam ſumma proſequuntur veneratione. Die Sabbathi carnibus veſcuntur cum Dioſcorianis, quod Mercurii aut Veneris nefaſtum putant & mortale peccatum; præterquam inter feſta Paſchatis & Aſcenſionis. Quinque Sabbathis quotannis abſtinent ab eſu carnium, in memoriam illius ævi, quo gentiles liberos ſuos idolis immolabant. Feſtum annunciationis Mariæ virginis celebrant ſexto Aprilis; Nativitatis Domini noſtri ſexto Ianuarii: Purificationis quarto Februarii; & Transfigurationis in monte, decimo quarto Auguſti. Liturgia communi illorum lingua conſcripta eſt, ut ab omnibus intelligatur: in miſſis autem pro defunctis magni ſunt Idololatræ; nam agnum immolant, quem prius circum templum deduxerunt; aſſum autem & puro linteo impoſitum ſecant in partes & præſentibus dividunt manducandum: Tantum abſunt (paucis familiis exceptis) ab obedientia ſedi Romanæ præſtanda, ut ſibi ipſis omnem antiquitatem, inde à temporibus Apoſtolorum arrogent.

Porro

Porro per multos Armeniorum pa-
gos tandem pervenitur *Bithlin*, anti-
quum oppidum, ſed in quo hodie iniquiſ-
ſime cum advenis agitur: ſitum eſt in
amœna valle, quam lambit exiguus flu-
vius, ex Anti-Tauri montibus deſcen-
dens: fuit quondam limes Regni Perſici,
& præſidio Perſico contra Meſopota-
miam firmatum, antequam hæ regiones
anno 1535. à Solymanno ſubjugarentur.
Quo anno memorabile prœlium fuit in-
ter Baſſas Cairi & Syriæ ab Vleman pro-
ditore Perſa conductos, atque Delimen-
them nobilem & fidelem Perſam. Vle-
mas hic & Baſſæ juſſi fuerant à Solyma-
ne à direptione urbis Taurizy redeunte,
cum octodecim millibus extremum ag-
men claudere, ut Perſis ſi forte in rece-
dentes inveherentur, ſeſe objicerent. De-
limenthes autem cum quinque millibus
Perſarum, veſtigiis Turcarum inſiſtens,
illos in hac valle eſt aſſecutus, & quum
tenebræ atque pluviæ illius conatibus
mirum in modum faverent, in inopinan-
tes & ſomno ſepultos Turcas invectus,
ita illos cæcidit, ut Baſſæ & Vlemas
conſcenſis equis ægre effugerent. Tres
magni Sangiaci occiſi & unus captus,
octingenti Ianizari, quum ſe à ſuis de-
ſertos viderent, armis abjectis Perſarum
fidei ſe dediderunt. Perſæ in rei memo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

riam diem decimum & tertium Octo-
bris quo hæc geſta ſunt, hodieque feſtum
agunt.

A Bithli ad magnum oppidum *Van*
trium dierum iter eſt; longe difficilli-
mum ob altos montes & aſperas rupes
anguſtiaſque viarum, quas Turcæ nar-
rant juſſu Amurathæ tertii, ſummo labo-
re nec minori induſtria fuiſſe exciſas, ù
exercitum ſuum traduceret. Auget & iti-
neris difficultates & diſcrimen lacus ſal-
ſus, qui vulgo *Actamar* dicitur, ſubte
rupem labens, quam tranſire neceſſe eſt
in ipſo lacu duobus circiter milliaribu
ab ora, jacent duæ inſulæ, quæ *Ecme-
nicke* appellantur, ab Armeniis & Geor-
gianis habitatæ, quæ non modo frugibu
ſed & armentis ita abundant, ut vicina-
rum regionum horrea judicentur. Ad oc-
cidentalem hujus oppidi plagam amœn
planicies ſternitur, ad ſeptentrionalem
autem dictus lacus jacet, olim palus Mar-
tiana aut Margiana aut denique Mantia-
na dicta; in hoc lacu plurimi piſces ca-
piuntur halecibus haud abſimiles, quo
ad ſolem duratos, longe lateque venum
exportant.

Oppidum duplici muro è quadrat
lapidibus eſt vallatum, cenſeturque mu-
nitiſſimum totius hujus regionis, quip-
pe magno numero æneatum machina-
rum

rum inſtructum, & caſtello inſuper, quod editæ rupi inſidet, egregie defenſum. Perſæ olim tenuerunt. Eripuit Solymanus Turcarum Imperator anno cIↃ IↃ XLIX. poſtquam decem tantum diebus arcta obſidione illud cinxiſſet. Regitur à Baſſa, qui duodecim millia Tymariotarum ſub ſe habet.

Ab hoc oppido profectis montes Ararat aſcendendi ſunt, quorum ſumma juga olim Periardus dicebantur, hodie *Chielder* montes. Hæc juga celeberrima ſunt fontibus multorum fluminum, quæ vicinam regionem, ita fertilem reddunt, ut à barbaris *Leprus*, id eſt, fertilis appelletur: & quidem primo profluit ex illis Araxes, qui è lacu exiens, multis alveis hos campos & ſiticuloſam regionem permeat & irrigat: exſilit autem è monte Tauro, ea parte qua Periardus viſitur, è latere montis *Abo*; & verſus ortum defluens uſque ad fines provinciæ *Syrvan*, ibidem ſe flectit verſus Corum, & Cyro fluvio conjunctus dividit *Artaxatam* (quæ hodie *Naßivan* dicitur Armeniorum civitas) & Armeniam porro rigans, præterque Araxis planiciem labens, exonerat ſe in mare Caſpium, linquens ad meridiem quidem Armeniam, ad arctum vero Sevaniam cujus metropolis eſt *Eris*.

Cyrus ad eundem modum oritur è Tauro, & in campeſtria Georgiæ deſcendens, pluribuſque aliis amnibus acceptis, condit ſe in Araxem & cum illo exit in mare Caſpium. Indigenæ vocant hunc amnem *Ser*, Turcæ vero *Chiur*.

Ex eiſdem montibus oritur fluvius *Canac*, qui inſulam paulo ſupra Erin complexus, confluit itidem in Araxen.

Sunt præterea hic duo montes magni nominis; Anti-Taurus qui hodie mons niger dicitur, qui vergit verſus Mediam: & Gordæus; quorum vertices jugi nive candicant. Gordæus pluribus minoribus montibus coronatur, in quorum faſtigiis veſtigia & rudera magnorum ædificiorum viſuntur. Turcæ vocant hunc Gordęum montem *Augri-Daugh*, Armenii *Meſſis-Saur*: ita editus eſt ut reliquos omnes ſupereminent: è radicibus hujus milleni fontes ſcaturiunt, qui torrentibus ſuis alii Tigrim alii alios fluvios augent: & in circuitu habitantur circiter trecenti pagi ab Armeniis & Georgianis. Præter antiquum monaſterium S. Gregorio ſacrum, adeo capax ut Perſarum Imp. Tamaſem cum exercitu capere potuerit; qui monachorum auſterum vivendi modum contemplatus, illud minime excidit, uti ante deſtinaverat. Iuxta illud magna farris copia naſcitur, quod Europæo

duplo

duplo majus dicitur; & Rheubarbarum, ſed quod nulli ipſis uſui eſt, quia ignorant modum radices illius ſiccandi. In vertice hujus montis Arcam Noachi conquieviſſe credunt Iudæi, Turcæ & Armenii.

A radicibus porro hujus montis ad *Chiulfal* unius diei iter eſt, per anguſtos tramites, inter montes & profundiſſimas valles, in quibus Araxes fluvius crebris mæandris & præcipitiis horrendum murmur ciet, & illos qui forte ruunt in haud dubium trahit exitium: Clivi vero montium, quibus anguſti hi tramites adhærent, denſis nemoribus & lucis obſiti, triſti obſcuritate ſimul & ſilentio, quod non niſi raro ab auræ crepitu aut ferarum ululatu interrumpitur, hac iter agentes non levi timore perfundunt.

Chiulfal Armeniæ oppidum ad fines Atropatiæ, à Chriſtianis incolitur, partim Armeniis partim Georgianis; populus hic magis ſerici & aliarum mercium mercimoniis clarus, quam bellicis virtutibus nobilis eſt. Conſtat oppidum duobus millibus ædium, & decem millibus animarum; ad radicem aſperi & ſcopuloſi montis conditum, in ſolo adeo effœto, ut annonam ſuam, vino ſolum excepto, ex oppido *Naßivan* quod dimidiæ diei itinere hinc diſtat & *Artaxata* in

confinibus Mediæ & Armeniæ fuiſſe putatur, petere cogantur. Ædificia Chiulfal pulcherrima ſunt & è quadratis ſaxis ſubſtructa; oppidani ſunt urbani & affabiles, vini quidem appetentes, ſed inter pocula minimè rixoſi, nam pene poti tum potiſſimum preces ſuas effundunt, & virginem Mariam tanquam abſolutam filii ſui dominam, & ſanctos apud Deum interceſſores venerantur. Perſis obediunt atque tributum pendunt, Turcis ſupra modum infeſti. Magnum diſcrimen adierunt, bello vigente inter Amurathem & Mahumetem Codabendã Perſarum Imperatorẽ. Nam quum Baſſa *Reivan* nomine Turcici Imperatoris ad oppidum cum mille quingentis ſclopetariis advolaſſet, inſigni munere illum placarunt ſeſe excuſantes, quod domini ſui Perſarum Imperatoris indignationem veriti, non ultro tributa ipſi obtuliſſent; quo digreſſo miſit Rex Perſarum, Aliculi Chanum cum tribus millibus militum, & mandato, ut ſi Turcæ regionem armis ſubjugaſſent, cum iiſdem prælio decerneret; ſin ultro ſe dediſiſſent, totam regionem flammis vaſtaret & præcipuos oppidanorum in ſervitutem abduceret: oppidani ut hoc quoque periculum evaderent, Perſæ longe majora munera offerre coacti ſunt: atque ita inter utrorumque arma, qua men-

daciis

ctaciis, qua muneribus vitam conſerva-
runt & libertatem.

Seſqui diei itinere ab hoc oppido ja-
cent Chalderana plana; memorabili præ-
lio inter Iſmaëlem Perſiam & Selymum
Turcam anno cIↃ IↃ XIV commiſſo, no-
bilitata, in quo prælio Selymus ſupra tri-
ginta millia ſuorum deſideravit.

Trajecto hinc Araxe, deſcenditur in
Mediam, quæ à quibuſdam dividitur in
Mediam Atropatiam & Mediam majo-
rem. Omnis regio perfœcunda eſt, riga-
turque à fluviis Araxe, Cyro, aliiſque qui
ab antiquis ſcriptoribus celebrantur.

Plura oppida obtinet, quorum præci-
pua ſunt, *Sumachia*, *Derbent*, *Sechi*,
Eres & *Aras*. *Sumachia* metropolis eſt
Sirvan, inter *Derbent* & *Eres* ſita, ubi
Reges Sirvan olim aulam ſuam habue-
runt; incolitur ab Armeniis & Geor-
gianis. In hac urbe anno cIↃ IↃ LXVI
mercatores Angli domum habuerunt,
indultam ipſis ab Obdowlocan, qui
pro Rege Perſiæ illi præerat. Ibidem vi-
ſuntur ruinæ barbari & horrendi mo-
numenti, turris nimirum è ſilicibus &
vivo ſaxo exſtructæ, inter cujus junctu-
ras comparent crania nobilium hujus
regionis, crudeliter à barbaris mactato-
rum, hac fere occaſione: *Sirvan* olim
nobiliſſima provincia plures civitates,

pagos & arces habuit, & Regem ita potentem ut Perſis ſeſe comparare non dubitaret, verum ob religionum diverſitatem, facile à Perſis domitus fuit, & plurimæ urbes funditus exciſæ, omniſque nobilitas exterminata, & præcipuorum capita ad vulgi terrorem in hac turri triſti & horrendo ſpectaculo expoſita.

Circiter milliare ab hac urbe, viſuntur rudera caſtelli, quondam è munitiſſimis judicati, & ab Alexandro magno non niſi ſummo cum labore expugnati. Et paulo ultra virginum monaſterium magnifice ſtructum, in quo tumulatam narrant Amelekem Cannam, Regis filiam, quæ virginitatis voto obligata, quum à Patre cogeretur cum principe Tartarorum connubio ſe jungere, cultro ſe ipſam exanimaverat: in cujus memoriam virgines hujus regionis ſemel quotannis huc ſolent confluere, ut exitium illius deplorent.

Cæterum diſtat urbs à mari Caſpio ſeptidui itinere & ſex dierum à *Derbenti* oppidani anno cIↃ IↃ LXXVIII Muſtaphæ Turcorum Duci, ultro ſe dediderunt; quam ipſorum infidelitatem Emir-Hamza primogenitus Mahumetæ Codabendæ Perſarum Regis ulturus, cum maximis copiis provinciam Syrvan eſt ingreſſus, & oppidanos miſerum in modum

dum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

dum contrivit, ædes illorum proſtravit, & mœnia à fundamentis diruit, agrum denique omnem pervaſtavit.

Derbent oppidum, quod ſex dierum itinere abeſt à Sumachia, varia nomina ſortitur, nam interdum vocatur *Derbent* ob formam oblongam & anguſtam; interdum *Demir-Capi*, quia hic ferreæ portæ fuerunt, quæ aditum in Scythiam aperiebant; interdum *Alexandria*, quia primum conditum fuit ab Alexandro magno quum Medis & Perſis bellum inferret: quo tempore & altiſſimum & craſſiſſimum vallum perduxit ab hoc oppido ad *Tephlin* Armeniorum oppidum, cujus nunc tantum veſtigia apparent. Oppidum inſidet edito colli; mœnia illius è vivo ſaxo educta in ſummam altitudinem & craſſitiem ad Europæorum pene modum: neq; tamen propterea unquam magnum aut celebre fuit factum, hodieque parvi æſtimatur: quia tantum tranſitum præbet iis qui ultro citroque è Perſia in Tartariam commeant, nullo pene oppidi emolumento; denique locus eſt advenis magis neceſſarius, quam incolis ſuis utilis.

Quatuor dierum itinere à Summachia, ſitum eſt oppidum *Sechi*, cujus incolæ ad eundẽ modũ Muſtaphæ ſe ultro dediderunt, & ab illo in patrocinium ſuſcepti & magnis honoribus & muneribus fuerunt decorati.

Hic quoque jacet oppidum *Eres*, cujus ager mirifice fœcundatur à fluviis Araxe & Cyro; & ſuperioribus annis plurimum ſerici illius albi dedit, quod vulgo Mamodeanum appellatur, cujus hodie ne veſtigium quidem hic deprehenditur, ob vaſtitatem quam exercitus Turcici & Perſici huic pene continuo intulerunt. Nam poſtquam oppidani Sechi atque Eres ſe circa certamen ultro Muſtaphæ dediderant, Emir-Hamza Perſiæ princeps cum ultricibus copiis adfuit, & tam crudeliter in illos eſt graſſatus ut neque ulli ſexui neque ætati aut conditioni parceret: atque adeo è caſtello abduxit ducentas machinas bellicas, quas Muſtapha hic depoſuerat, easque miſit Kaſbin ad patrem.

In eodem regno & aliud oppidum jacet ad limitem Georgiæ quod *Araſſe* vocatur, præcipuum hujus regionis emporium, partim ob inſignem copiam ſerici, quod in illius agro colligitur, partim ob quamplurimas alias merces quæ aliunde adferuntur, quales ſunt gallæ ſcabræ juxta atque glabræ; goſſypium, alumen, omnis generis aromata, & gemmæ, adamantes, rubini & ſimiles, quæ ex India huc traducuntur. Principem autem locum tenet ſericum, ita ut quotannis hinc interdum quingenti, non raro & mille

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

muli ſerico onuſti ad civitatem Halepum commeent.

Ab *Araſſe* ad *Taurin* ſex dierum iter eſt: Araxi autem trajecto ex Atropatia in majorem Mediam tranſitur: cujus metropolis eſt Tauris, Prophetæ Danielis domicilio quondã nobilis, quem juxta hanc magnificentiſſimam arcem condidiſſe volunt, tam eleganti ſtructura, ut longum tempus illius decorem imminuere nequiverit, & Ioſephus narret, illud integrum ſuo ævo ſtetiſſe. In hac arce Reges Mediæ, Perſiæ atque Parthiæ pluribus ſeculis fuerunt tumulati; ſed nunc edax vetuſtas illud penitus obliteravit: urbs tamen *Ecbatana*, hodie *Tauris*, etiamnum perennat atque floret. Eſt autem condita ad radicem montis Orontæ, octo dierum itinere à mari Caſpio; & licet mons hic ventis & nivibus obnoxius ſit, tamen aër hic valde ſalubris eſt, & ager omni genere annonæ affluentiſſimus. Oppidum opulentum non tantum ob continuam ſubvectionem mercium orientalium, quæ hinc in Syriam deportantur, ſed etiam Europæarum, quæ per totam orientem diſtribuuntur.

Populoſiſſimum quoque, ita ut ducenta millia animarum alere credatur: ſed jam mœnibus & propugnaculis nudatum omnibus exercitibus patet; præ-

ter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

ter unam arcem ſuperioribus annîs à Turcis conſtructam : ædes è lateribus ſtructæ & fere humiles. Ad Auſtralem urbis plagam pulcherrimum & amœniſſimum viridarium jacet, diverſis arboribus & bene olentibus herbis conſitum, & mille qua fontibus, qua torrentibus riguum, qui è flumine derivantur, quod illud ab oppido ſeparat : locus tam incredibilis pulchritudinis, ut ab incolis *Sechis-genet*, quod octo paradiſos ſonat, appelletur. Hic Perſarum reges olim habitare conſueverant; nunc illorum præfecti, poſtquam Reges ob bellum cum Turcis *Casbin* ſe contulerunt. Varias vices hæc urbs ſuperioribus annis fuit experta, tam à Turcis quam à Perſis. Nam quum anno cIↄ Iↄ XIV Selymo Turcorum imperatori fuiſſet dedita, ille contra fidem datam, ingentem pecuniæ ſummam oppidanis extorſit, & tria millia familiarum, præſertim armorum fabricandorum ſcientia præcellentium, abduxit Conſtantinopolin. Rurſus ſpoliata fuit anno cIↄ Iↄ XXXVI à Solymane, qui urbem millitibus ſuis diripiendum conceſſit, qui nullum non avaritiæ & ſævitiæ exemplum in miſeros cives ediderunt : præterea ſumtuoſiſſimum Regis Thamaz palatium & ſplendidas Nobilium ædes à fundamentis diruerunt, &

multa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

multa nobilia & formoſa imprimis capita in miſeram ſervitutem abduxerunt. Denique anno cIↃ IↃ LXXXV rurſus ab Oſmane Vizirio Amurathæ III. miſerrime fuit direpta; verum Abas qui hodie Perſiæ imperat, anno cIↃ IↃ C III tam inopinato cum exercitu ſuo supervenit, ut famam adventus ſui anteverteret, & poſt ſex hebdomadarum obſidionem (in qua primum tormentis bellicis Perſæ uſi fuerunt, quæ antea ut fortibus viris indigna contemſerant) urbem rurſus in ſuam redegit poteſtatem, & pene totum regnum Syrvan paucis tantum caſtellis exceptis recuperavit.

A Tauri ad Caſbin decem dierum iter eſt, primis quidem tribus diebus per aſperos & præruptos montes, cum ſummo diſcrimine præſertim quum nives valide decidunt: atque hic circiter Turci & Perſæ dominia ab altiſſimo monte *Ducim* ſeparantur. Primus Perſarum pagus appellatur *Darnah*, qui licet mirum in modum vaſtatus ſit, tamen ſumma hic eſt annonæ vilitas, ita ut triginta ova duobus, capram decem, quatuor gallinas quinque denariis liceat emere.

A Darnah ad *Soltaniam* antiquam urbem, trium dierum iter eſt, per quamplurimos pagos, incolis frequentiſſimos, qui ultro citroque in ſumma pace & quiete com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

commeant; qua felicitate Perſæ præ Turcis gaudent. Hic multæ ruinæ viſuntur templorum à Chriſtianis olim magnifice ſtructorum, cum celſis turribus. Vrbs hæc pene deſolata, cingitur undique altiſſimis montibus, qui jugi nive tecti viſuntur, olim *Nyphates*, *Caſpius*, *Coathras* & *Zagras* dicti: & haud dubio oriuntur à Caucaſo omnium montium veluti parente: qui nunc conjuncti nunc diviſi & hac illac vagi, varias provincias dividunt. Ante urbem jacet patentiſſima planicies, horrenda illa tẽpeſtate memorabilis quæ Solymanem Turcorum Imperatorem anno cIↃ IↃ XXXIV afflixit. Nam quum hic caſtra fixiſſet, ſub initium Septembris, ſæva & illa anni tempeſtate inſolens tempeſtas de montibus ſe effudit in hanc planiciem, ita ut nimbus in terram decidens continuo verteretur in glaciem, & nix tanta copia caderet, ut tentoria & oppleret & pondere ſuo everteret, exitiumque non modo hominibus ſed & jumentis adferret: obſcuritate noctis nullum effugium miſeris concedente & ignibus paſſim extinctis: quæ res Turcos timore ſimul & ſuperſtitione implevit.

Notandum: Annales Turcicos à Leonclavio editos, hanc cladem ad annum cIↃ IↃ XXXV referre hoc modo: Tum vero fugere Parthi, fugientibus inſtare

Oſma-

Oſmanici: donec haud procul ab oppido Hemadane perventum fuiſſet. Ibi cum pluviis & annonæ penuria, tantum frigus Oſmanicos oppreſſit, ut plurimi tam manus quam pedes à frigore læſos amitterent, ac incredibilis hominum jumentorumque multitudo fame interiret. Præterea contigit, ut in ipſo conatu tranſmittendi amnis, qui *Docus-Gezid* vocatur, flumen illud aquis pluviis adauctum vehementer intumeſceret. Ideoque dici non poteſt, quot iſtic homines, jumenta, rerum aliarum ſarcinæ interierint, adeoque de ſua quilibet ſalute deſperabat.

Porro à Sultania ad *Casbin* quatridui iter eſt, per plurimos pagos: Vrbs ea opulenta eſt tum propter regiam aulam tum propter frequentem mercatorum concurſum: olim *Arſacia* dicebatur, nunc *Caſbin* vocatur, quod lingua Perſica pœnam ſonat, nam Reges Perſiæ ſontes huc in exilium mittere conſueverant. Sita eſt in amœna & fertili planicie, quæ vix tridui itinere obiri poteſt, in qua ſunt duo millia villarum: ſed negligenter ſtructæ, & fere lateribus non igne excoctis ſed ad ſolem exſiccatis; ut fere ſunt reliqua ædificia Perſiæ. Vnum eſt ex Regis Perſiæ domiciliis, poſtquam Thamaz hujus avus, huc è Tauri ſedem ſuam tranſtulit; & hic magnificum palatium ſibi &

alte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

alterum concubinis ſuis ſtruxit: ſed Rex qui hodie regnat ut plurimum in urbe Hiſpaan degit, quæ hinc abeſt decem dierum itinere verſus ortum. Tria ſunt in hac urbe loca maxime notatu digna: Regis palatium, diverſa fora quæ vocant *Bazar*; & forum principale quod vocant *Atmaiden*. Palatii porta ſaxis verſicoloribus ſtructa eſt & auro interſtincta: atria ampla, quorum ſolum ſtratum eſt tapetibus, ſerico & auro intertextis: tabulata autem picta ſunt eleganti opere, quo prœlia omnia cum Turcis & Tartaris à Perſarum regibus commiſſa repræſentantur, quæ omnia ſatis indicant ſplendorem Aulæ Perſicæ. Bazars autem ſunt variæ urbis plateæ, in quibus ſingulis, ſingulæ merces precioſæ venales reperiuntur. Atmaiden denique ſeu principale forum, quadratâ formâ, fere milliare Anglicum ambitu ſuo complectitur; ubi & mercatores conveniunt, & variæ res venundantur. In hoc quotidie conſident duodecim menſarii, qui & gemmas, aliaque pretioſa vendunt; nummos peregrinos permutant, & denique pignoribus acceptis plurimum nummorum ingenti fænore elocant. Robur autem hujus oppidi non conſiſtit in mœnibus aut propugnaculis, ſed in multitudine militum: nam intra & extra oppidum inque illius

agro

agro continuo aluntur viginti millia equitum: licet Parente hujus Regis rerum potiente, tantum duodecim millia fuerint.

Thom. Herbertus notat Cazbin ſitam ad latitudinem XXXVI grad. & quindecim ſcrupul. verſus Arctum, diſtareque à Caſpio mari centum nonaginta milliaria Anglica: ab Hiſpahan ducenta & decem.

A Caſbin quatuor dierum itinere, & bidui à Sultania abeſt *Ardevil*, oppidum magni nominis, in quo Alexander magnus aulam ſuam tenuit, quum Perſiam eſſet invaſurus; hic plurimorum Regum Perſicorum viſuntur ſepulchra: præcipuam autem dignitatem addit urbi, quod hæc prima ſectam Perſicam receperit à Guini hujus ſectæ authore, qui hic regnabat.

Similiter quatridui itinere à Casbin diſtat *Geilan*, Hircaniæ oppidum haud longe à mari Caſpio. Hujus provinciæ quæ hodie *Ghilan* audit, pars quæ ad arctum vergit denſis nemoribus opaca eſt, in quibus plurimæ arborum ſpecies, præſertim cedri, abietes, quercus, & tanta ferarum copia, ut itinera infeſta reddant; verum verſus oram maris paſcuis abundat, peramœnis & riguis, ob ingentem copiam ſcaturiginum, quæ è vicinis montibus ſaliunt. Plurima ſunt oppida

R in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

in hac provincia, quorum præcipua, *B*
ſtân, Maſſandrân, Pangiazer, Bachu &
Geilan; oppida tantæ dignitatis ut præſe
ctos habeant, quales ſunt Baſſæ apu
Turcos. *Bachu* autem peropportunum e
emporium, portum habens ad mare Ca
ſpium, haud longo intervallo diſſitum a
Ardevil, Tauri, Eres, Sumachia & De
bent. Haud longe ab oppido mirab
lis fons ſub terra ſcaturit, magnam co
piam nigri olei eructans, quo Perſæ i
elychniis utuntur, & paſſim per unive
ſam Perſiam deportant.

A Casbin ſex dierum itinere ad opp
dum *Com* pervenitur, per plurimos pa
gos & commodiſſima juxta viam dive
ſoria. Oppidum hoc antiquiſſimum eſ
quod à Ptolemæo appellatur *Gurian*
olim tantæ amplitudinis fuiſſe produn
ut Conſtantinopoli duplo majus eſſe
Sed Teymurlanes ita vaſtavit, ut ne nun
quidem reſpirare potuerit, præſertim op
pido *Caſſan*, quod aliquando ipſi parui
omne mercimonium illi præripiente. S
tu alioquin jacet peropportuno; abunda
que omnibus rebus ad vitam neceſſarii
præterlabitur fluvius, qui lapideo pon
tranſitur: quo ſuperato Parthia aditu
nobiliſſima olim provincia, ſed hodie i
Perſiæ permixta, ut ne nomen quiden
ſuperſit. Thom. Herbertus hoc oppidu

voca

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

vocat *Coom*, & ſcribit ſitum eſſe medio itinere inter Hiſpahan & Casbin, in limite Mediæ & Parthiæ. Laudat ſoli fertilitatem & incolarum comitatem. Habere autem duo millia ædium pulcherrimarum & inſtructiſſimarum, Forum elegans, Templum pulcherrimum, in quo Fatima tumulata, filia Mahumeti & conjux Haly. Monumentum rotundum, ad quod aſcenditur quatuor gradibus argenteis. Irrigatur pulcherrimo fluviolo, è montibus Coroneis deſcendente: aër hic amœniſſimus: ſolum fœcundiſſimum. Abeſt à Caſſan Sex & triginta milliar. & iter agitur per Zenzan.

A *Com* ab *Caſſan*, bidui iter eſt; famoſum & opulentum oppidum, licet Ortelius & alii illius non meminerint; in perpulchra planicie conditum; verum quia montes fere diei itinere ab urbe diſtant, valde hic æſtuat & pene ut Ormuzii; ver enim & æſtas citius hic ingrediuntur quam in reliqua Perſia. Abundat fontibus & omni genere annonæ, atque adeo ſingulare eſt Perſiæ Emporium, ad quod ex variis regionibus & præſertim ex India omnis generis merces deportantur. Oppidani excellunt in omni genere texturæ è ſerico & lana, adeo ut hic precioſiſſima periſtromata conficiantur. Imprimis autem in politico regimine excellit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

nam nulli hic otioſi homines tolerar
tur, etiam ſexennes pueri laboribus ac
moventur. Obtinet enim hic Lex (qua
& apud Ægyptios viguiſſe memorat Dic
dorus) qua ſinguli apud magiſtratus c
guntur profiteri nomen ſuum, & qua
vitam degant, quamque artem exercean
Sin autem mentiantur, aut verberibus ſi
plantis pedum caſtigantur, aut publi
ſervituti mancipantur. Vnica ſcorpionu
lues, qui hic permagni & nigri viſuntu
oppidanis valde infeſta eſt, & niſi cau
vitentur, interdum magnum dant dan
num. Thom. Herbertus notat Caſſan c
ſtare ab Hiſpahaan octo & octuagin
farſangas ſeu trecenta & ſexaginta qu
tuor milliaria Anglica. Iter autem C
ſan ita deſcribit: ad *Bizdibode* VI fa
ſang. ad *Natan* ſeu *Tanon* X farſang.
Reig. VII. farſang. ad *Corrandam*, ad *D*
govv, ad *Miskarroon*, ad *Corryn*, ad *L*
karee, ad *Corbet*, ad *Nazareil*, ad *Sabb*
Chauvvn, ad *Buldat*, ad *Bagdat* ſeu B
bylonem: CXXX farſang. aut trecenta
nonaginta mill. anglica.

A Caſſan ad Hiſphaan tridui iter e
Hæc civitas olim Hecatonpolis dicel
tur, id eſt, centum portarum urbs: qu
nomen hodieque tuetur, nam mœnia
lius in circuitu vix uno die equo ob
poſſunt; & maxima eſt omnium urbiu

Perſ

erſiæ; cujus frequentia eo major eſt,
uia Rex hic aulam ſuam habet. Eadem
ſitu munitiſſima eſt, & validiſſimo
nuro cincta, & latis atque profundis
oſſis, quæ aquas ſuas accipiunt à torren-
ibus, qui è Coronianis montibus de-
cendunt. Ad ſeptentrionalem illius pla-
am munitiſſima arx adjacet, ingenti
nuro qui in ambitu mille quingentas
lnas capit: in medio illius extat turris
aria atria & cubicula complectens, ſed
aucis machinis inſtructa. Ad occiden-
alem plagam duo palatia viſuntur, quo-
um unum regiam familiam capit, alte-
um gynæcio deſtinatum eſt: Palatia
æc magnificentia ſua longe ſuperant cæ-
era ædificia; è nitido & rubenti marmo-
e conſtructa; pavimentum omne opere
eſſelato ſtratum, & tapetibus ſericis &
uratis conſtratum: feneſtræ alabaſtro
candido varioque marmore nitent;
oſtes eburnei & ebeno variegati ſpe-
tantium oculos magis ſiſtunt quam ſa-
iant. Palatio adjacet hortus ſpacioſus
latus, innumeris arboribus fructiferis,
bene olentibus herbis atque floribus
onſitus: mille fontibus & ſtagnis riguus,
inter alia fluviolo qui placido curſu &
eni murmure eundem à Palatio dividit:
ic non tam anxiè cuſtoditur, quin non
nodo equitibus ſed & civibus ſubinde

illum liceat ingredi & mentem oculoſque amœno illius proſpectu explere.

Ad Palatii autem cuſtodiam, Rex diverſos militum alit ordines: quorum præcipui & frequentiſſimi appellantur *Curchi*, qui veluti regii corporis cuſtodes ſunt, octo millium numero, ſub diverſis tribunis, qui principali Tribuno parent, qui Curchi Baſſa dicitur, & plerumque è magnatibus aſſumitur. Alterius ordinis milites *Eſahul* appellantur, numero mille, ſub pluribus tribunis, qui itidem uni ſubſunt, qui Eſahul-Baſſa nominatur. Omnes hi accipiunt ſtipendium à certis oppidis & pagis Regis Perſarum vaſallis; certoque tempore accipiunt à Rege, arma, equos, veſtes & tentoria pro cujuſque conditione: his præſidiariis perpetuo Rex cingitur, imprimis autem quum aliquo procedit. Regimen civitatis præter Regem ipſum & principem, penes duodecim eſt Sultanos: Tres autem præcipui totius curam gerunt, quorum munia diſtincta ſunt: Nam unus rei bellicæ curam gerit per totum Regnum; reliqui duo omnes regni reditus recipiunt, & rationes accepti atque expenſi reddunt, ita ut merito Theſaurarii poſſint dici. Secundum locum poſt illos obtinent *Mordari*, duo magni Cancellarii, quorum munus eſt edicta omnia promulga-

mulga-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

mulgare, omnes literas ſcribere, quæ regimen imperii concernunt; unus ſigillum cuſtodit, alter ſcriba eſt. Præter hos duo ſunt *Caddi*, id eſt, Iudices, qui controverſias in rebus civilibus examinant & determinant: in cauſis vero criminalibus, tantum examinant & audiunt teſtes, & informant declarationem, quam vocant *Sygil*, quam dein Sultano, id eſt, aut civitatis aut totius imperii præfecto offerunt, qui dein pro meritis pœnas infligendas curat, ſecundum regni conſuetudines. Quale autem eſt regimen hujus civitatis, tale eſt & cæterarum.

Eccleſiaſticum regimen in hac civitate primo & principaliter eſt penes Muſtaedinum; in reliquis urbibus alii ſacrorum præfecti præſunt, qui non ab illo eliguntur aut deſtituuntur, uti à Papa Romano fieri conſuevit, ſed ab ipſo Rege, qui non modo civilium ſed & ſacrorum Princeps eſt & ſummus Sacerdos, quemadmodum Mahumet & Ali fuerunt. Sed Rex ut turbas vitet, hanc curam à ſe in alios devolvit, quorum judicio permittit quicquid controverſiarum circa Legem ipſorum inciderit. Sub hoc ſummo Sacerdote ſunt Califes, qui quotidie in moſcheis & templis ſacris operantur. Quorum princeps eſt qui cornu Regis capiti imponit cum inauguratur. Quæ ceremo-

 nia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

nia primitus Cuſæ prope Babylonem celebrabatur, ſed poſtquam Turca Aſſyriam Perſis ademit, interdum in Caſbin, interdum in hac urbe peragitur. Denique oppidani hujus urbis, moribus pene ſimiles ſunt antiquis Parthis, imprimis equitandi induſtria. Plerumque in equis iter agunt, in equis cum hoſtibus pugnant, in equis emunt atque vendunt merces ſuas, in equis denique confabulantur: atque hoc unicum nobilium atque ignobilium & ſervorum diſcrimen eſt, quod ſervi nunquam equis vehantur, nobiles nunquam pedites incedant. Gens natura arrogans, ſeditioſa, doloſa & quietis impatiens; ſed pravitas hæc à ſevero Regum imperio plurimum coërcetur, & temperatur. Luxuriæ admodum ſunt dediti, nam tria genera fœminarum ipſis ſunt, honeſtæ, ſemihoneſtæ, & impudicæ ſive ſcorta: & tamen nullum crimen gravius puniunt quam adulterium, idque tam in honeſtis quam ſemihoneſtis. Denique pleni ſunt dolis, neque ſtant promiſſis (quod omnium pene barbarorum proprium eſt) haud dudum una reginimis forma contenti, novitatum appetentiſſimi.

Ab Hiſpaan ad urbem *Siras* redeundo verſus Syriam, decem dierum iter eſt. Vrbs hæc ſita eſt ad ripam *Bindamir*, magni

gni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

gni atque famoſi fluminis, quod per Perſiam & Regnum *Lar* defluens in ſinum Perſicum ſeſe exonerat: quondam Metropolis hujus regni, antequam Hiſpaan hoc decus illi præriperet. Ampliſſima tamen eſt, & ambitu ſuo complectitur pene decem milliaria: jacetque juxta regiam viam quæ ab Hiſpaan ad Ormuzium ducit. Intra & extra hanc urbem viſuntur multa rudera antiquorum monumentorum, nimirum duæ vaſtæ portæ, duodecim milliarium intervallo à ſe invicem diſtinctæ quæ urbis hujus amplitudinem, dum Regni Metropolis eſſet, demonſtrant. Ad auſtralem plagam videre eſt ruinas magnifici palatii à Cyro ut volunt ſtructi; quod Ælianus magnifice extollit lib. 1. de animalib. c. 59. Ad arctoam autem rudera antiqui caſtelli, quod triplici muro fuiſſe cinctum videtur, primus viginti quatuor pedes altus erat multis turribus ornatur, ſecundus primo ſimilis, ſed duplo altior; tertius vero quadratus & nonaginta pedes altus; omnes è vivo ſaxo educti. Vtrimque erant duodecim æneæ fores & ante illas æneæ columnæ eleganti opere factæ; quæ magnificentiam conditoris arguunt. Ad ortum exiguo intervallo ab hoc caſtello mons aſſurgit, in cujus faſtigio elegans capella fuit, antiquorum Regum monumentis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

nobilis. Licet autem hæc urbs varias viciſſitudines experta ſit, tamen facile adhuc nomen tuetur inter præcipuas Perſiæ; nam ex illa brevi tempore viginti millia bene armatorum equitum cogi poſſunt. Præterea nobiliſſimum orientis emporium eſt, & armorum omnis generis officina. quæ hic ſumma induſtria ex ferro & chalybe tam eleganter fabricantur, ut bonitate & nitore Europæa longe ſuperent.

A Siras octidui itinere aditur provincia *Suſiana* quæ nunc *Cuſeſtan*, olim Aſſyria dicebatur : fines habet ad Arctum quidem, auſtralem Armeniæ partem, ad occidentem Meſopotamiam, ad Auſtrum partem ſinus Perſici, qua parte plena eſt paludibus & uliginoſis locis, ſine ulla ſtatione aut portu. Aër hic valde fervet, ſolum bituminoſum, & arboribus inimicum, aquas quoque inquinans, ita ut indigenæ hîc brevis ſint ævi.

A limite hujus provinciæ ad oppidum *Baldac* bidui iter eſt, hoc quondam ingens illa Suſa fuit, nunc pene deſolatum: oppidum hoc lambit fluvius Choaſpes, qui poſt varios flexus atque reflexus tandem illabitur in ſinum Perſicum; aquæ illius limpidiſſimæ & potari pulcherrimæ, optimique ſaporis.

Sex dierum itinere trans fluvium hunc

Moſul

Moſul aditur, antiquiſſima civitas ad ripam fluvii Tigris. In planicie autem Aſſyriæ & ad ripas hujus fluvii, in regione Eden, Ninive à Nimrod fuit inchoata & à Nino abſoluta. Inter ſacros juxta atque profanos ſcriptores conſtat hanc civitatem omnium maximam & magnificentiſſimam fuiſſe. Nam fundamenta murorum hodieque teſtantur, quadrata quidem forma conditam fuiſſe, lateribus licet inæqualibus; nam duo longiora latera ſingula centum & quinquaginta ſtadia patebant; breviora tantum nonaginta; ita ut ambitu ſuo caperet quadringenta & octuaginta ſtadia, id eſt, ſexaginta milliaria Italica. Mœnia centum pedes alta erant, & in ſuperficie adeo lata ut tres currus conjunctim poſſent incedere: hæc mœnia mille quingentis turribus ornata erant. Nunc penitus exciſa, eſt urbs à Chaldæis (uti Deus prædixerat) & tantum miſerum tantæ molis ſepulchrum; ubi tantum exiguum oppidulum hodie cernitur, in quo Neſtorianorum Patriarcha Turcæ permiſſu degit.

Ab hoc adverſo flumine diſtat Inſula *Eden*, duodecim milliaribus: quam partem paradiſi fuiſſe autumant: Hæc ambitur à Tigri, crediturque circiter decem milliaria Anglica ambitu ſuo continere: fuitque quondam latericio muro cincta,

uti

uti è ruderibus apparet; & licet barbaries florentiſſimas has regiones penitus inundarit, tamen hæc inſula hodieque ſervat nomen *Edenis*.

A Moſul ſecundo flumine *Bagdat* deſcenditur, ratibus quæ utriculis è caprarum pellibus conſutis & vento inflatis innatant; nautæ autem vendunt materiem in urbe Bagdat & revehunt pelles jumentis domum, ut iterum illis utantur. Hæc civitas à nonnullis nova Babylon appellatur, quia è veteris, quæ haud longe abeſt, ruinis excitata creditur; neutiquam ita pulchra urbs eſt aut ampla, quippe quæ tantum tria milliaria Anglica ambiat; mœnia ſtructa è lateribus ad ſolem ſiccatis. Hic octo menſium ſpacio, nulla non modo pluvia cadit, ſed nec nubila pene ulla videntur, noctu aut interdiu. Hiberni menſes ſunt ipſis November, December, Ianuarius & Februarius, ita tepidi tamen ut ab æſtivis in Anglia non multum differant. Hæc urbs quondam celebre & frequentiſſimum fuit emporium: ſed poſtquam Luſitani, Angli & Belgę in Indiam navigare cæperunt, multum huic, ſicuti & Cayro in Ægypto deceſſit, rarioribus mercatoribus è ſinu Perſico ad illam, & è mari rubro ad hanc commeantibus. Suburbium habet trans flumen, ad quod ponte ſuper cymbas

ſtrato

ſtrato tranſitur. Haud procul hinc ruinas videri volunt Turris Babel, cujus reliquiæ quartam partem milliaris complectuntur, & grandis turris altitudine hodieque aſſurgunt, è grandibus lateribus tres quartas partes ulnæ longis & unam quartam latis, & bituminoſa calce conjuncti, ſingulis autem ordinibus ſtoreæ interjacent è palmarum foliis contextæ, quæ hodieque durant. Iuxta quoque ruinæ Babylonis oſtenduntur; à quibus triũ dierum itinere diſtat oppidum *Ayt* pene dirutum, quod ab Arabibus habitatur.

Iuxta hoc oppidum mirabilis jacet vallis, in qua quamplures ſcaturigines viſuntur, quæ nigram quandam ſubſtantiam inſtar picis cum ventoſo murmure eructant, tanta copia, ut vicinis provinciis ad naves impicandas abunde ſufficiat. Mahumetani vocant os inferni.

Ab Ayt trium dierum itinere per deſertum pervenitur *Annam*, Arabum oppidum; quod tria milliaria in longitudinem patet, ſed anguſtum; habitant Curdi, furaciſſimum hominum genus. Iuxta labitur Euphrates pernici curſu, qui regionem adjacentem rigat atque fœcundat.

Ab hoc oppido ſcribit author ſe octodecim dierum itinere perveniſſe Aleppũ, quum aliàs Caravana (ut vocant) quadraginta diebus id iter abſolvi ſoleat.

V.

ITINERARIVM ANTONII IENKINSONII Angli, à Ruſſia ad Bogar in Tartaria, anno cIↄ Iↄ LVIII.

A Moſcua ſecundo flumine deſcendit *Collom* XX leuc. ſub Collom circiter unam leucam Moſcua fluvius confluit in Occam: à confluente ad caſtrum *Terrevetiſko* VIII leuc. quoad dextram relicto ad caſtrum *Peroſlave* VIII leuc. à quo ad veteris *Rezaniæ* rudera VI leuc. ad arcem *Terrecoviam* XII leuc. ad *Caſſim* arcem... leuc. qua ad ſiniſtram relicta ad *Morom* XX leuc. ad *Nyſe-Novogorod* XXV leuc. hic Occa confluit in Volgam; ad *Vaſiliogorod* XXV, leuc. ad caſtellum *Sabovvſhare* XVI leuc. ad Caſtrum *Sugaſtio* XXV leuc. Ad *Cazan*... leuc. Ad *Aſtracan*. Inſula in qua hæc urbs ſita eſt diſtat ab Æquatore XLVII gradibus & X ſcrupulis. Ab hac inſula fluvius variis mæandris petit mare Caſpium: orientale illius oſtium diſtat ab Aſtracana XX leuc. Ab oſtio oram legentibus verſus boream primo occurrit inſula *Accurgar* edito monte conſpicua; & X ab hac leucis *Bavvhiata* inſula, priore longe editior. Vtraque autem objacet ſinui, qui ad arctum ſe ſub-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

ducit & vocatur mare cæruleum. A poſteriore hac inſula ad regionem *Baugleatán* ventum, quæ diſtat à dicto Volgæ oſtio LXXIV leucis & ab Æquatore ſex & quadraginta gradibus & LIV ſcrupulis verſus Arctum. Hinc decem leucas ſecundum oram verſus Eurum provecti amnem *Iaic* præternavigarunt; à cujus oſtio circiter unius diei itinere jacet oppidum *Serachick*, principi Tartaro parens, incolæ pecuarii, latrociniis deditiſſimi. A *Iaic* XVI milliar. provecti, ſinumque ſex leucas latum prætervecti, venerunt ad promontorium, quo ſuperato ora recedit verſus boream, aperitque ſinum, in quem fluvius *Yem* è provincia *Colmack* deſcendit. Dein viginti leucis enavigatis, humilis occurrit inſula, multis vadis inquinata, & pone illam ſinus qui irrumpit verſus Arctum; illi autem ut vada evitarent, flexerunt ad dexteram & verſus Eurum, & triginta leucis abſolutis, rurſus oram conſpexerunt, editis & fragroſis montibus conſpicuam; quam legentes, primo ſinum, dein prominens terræ cornu offenderunt; quo ſuperato portum *Manguſlave* proponentes ingredi, ob adverſam tempeſtatem è regione illius anchora jecerunt, & exſcenſione facta, magno precio camelos ſibi compararunt, tertio Septembris.

Hinc

Hinc ventum ad territorium Sultani *Timor* Tatari; & viginti dierum itinere per terras aquarum inopes, præterquam quæ è profundis puteis hauriuntur; quinto Octobris rurſus venerunt ad ſinum Maris Caſpii, in quem *Oxus* fluvius olim ſe exonerabat, nunc autem confluit in fluvium *Ardock*, qui verſus arctum labitur, & ſe ſub terram condere & rurſu poſt immenſum intervallum emerger creditur & in Lacum *Kithay* influere.

Hinc ſeptem diebus ventum ad Caſtellum *Sellizure* cui tum Azim Char imperabat. Situm eſt in edito monte, ubi regia Chani viſitur è luto aggeſta. Ad meridiem habet terras humiles, ad modum fœcundas & variorum fructuum feraces; inter quos memoratur fructu *Dynie* magnæ molis & ſucci plenus quem indigenæ poſt cibum uſurpant lo co potus: item *Carbuſe* mole magni cucumeris, flavo colore & ſuavi ſapore: & *Tegur* ſpecies farris, cujus ſtipes eſt inſtar cannæ ſacchari, procerus & far inſtar oryzæ, in culmo cannæ extans inſtar racemi uvarum.

A Sellizure biduo ventum ad oppidum *Vrgence*, cui Sultanus Ali imperabat frater prædicti Azim, qui nuperrime ceperat oppidum Coraſan in finibus Perſiæ.

Ho

Hoc oppidum *Vrgence* in planicie ſitum eſt, vallo luteo cinctum, ambitu quatuor milliarium; ædes itidem è ceſpite aggeſtæ; unam habet plateam deſuper tectam, in qua forum rerum venalium celebratur.

Regio omnis à mari Caſpio ad hoc oppidum vocatur *Turcomania*, paretque Sultano Azim & fratribus illius; qui fere inter ſe diſcordes, utpote diverſis matribus prognati. Indigenæ ut plurimum in agris degunt, habentque oves cum magnis & ponderoſis caudis; carent nummis, ſed permutatione rerum emunt venduntque, nullus ipſis panis, carnibus maximam partem victitant, potus ipſis lac equarum acidum.

Ab Vrgence profecti ſecus fluvium Oxum centum milliaribus, tranſierunt per fluvium *Ardoc*, qui vaſtus eſt & pernix: ſeptimo Decembris pervenerunt ad Caſtellum *Kait*, cui imperabat Sultanus Saramet frater Regis Vrgence.

XXIII Decemb. venerunt ad oppidum *Bogar* in Bactria, id ſitum eſt in humili ſolo, & alto vallo luteo ſeptum, diviſum eſt in tres partes; quarum duas Rex tenet; tertiam occupant mercatores & mechanici ſeparatim degentes; vaſtum eſt oppidum, & ædes fere è ceſpite aggeſtæ; licet non paucæ & aliquot templa è lapi-

dibus ſint ſtructa; inter quæ viſuntur bal
nea ſumtuoſiſſimè educta, per median
urbem labitur exiguus amnis, cujus aqu
ſunt inſalubres, & generant iis qui no
aſſuevere vermes in cruribus inter cute
& carnem, qui ſingulari induſtria ſenſi
eximuntur. Nulli hic fas quicquã bibe
præter aquam aut lac equinum, & acerri
me animadvertitur in illos, qui aqua
vitæ aut ſimilem potum guſtaverint; h
bent enim Metropolitanum ſtrenuu
legis hujus obſervatorem, quem mag
venerantur, quam principem ſuum, q
& interdum ab ipſo exautoratur.

Paruit quondam hæc regio Perſi
quorum & idioma hodieque uſurpan
ſed nunc perpetuo cum Perſis bellum g
runt, religionis ergo, licet utrique ſi
Mahumetani: ſed Tartari hi ſuperius qu
que labium radunt, ſecus ac Perſæ, qu
ipſi propterea *Caphars*, id eſt, infidel
vocant.

Rex Bogar neque potens eſt neque l
cuples, decimam licet accipiat omniu
rerum venalium, & quum eget, etiam
rapiat à ſubditis ſuis, quantum lubet: n
miſma ipſorum partim argenteum
partim æneum; argenteum unicum ip
eſt valens XII denarios Anglicos:
neum vocant *Poole*, quorum CXX v
lent unum argenteum: Rex aute
p

ro arbitrio ſæpe mutat utriuſque valo-
em.

Rediit autem eadem pene via in Ruſ-
iam anno cIↄ Iↄ LX.

Latitudines ab ipſo obſervatæ:

Manguſlave	XLV grad.
Vrgence	XLII grad XVIII ſcrup.
Boghar	XXXIX grad. X ſcrupul.

Notandum autem eandem plane lati-
dinem Bocharæ tribui ab Abulfeda.

VI.

LTERVM EIVSDEM ITI- nerarium è Ruſſia in Perſiam anno cIↄ Iↄ LXII.

Volga in mare Caſpium ingreſſus;
primum prætervectus eſt tres inſulas,
æ diſtant ab oſtio Volgæ novem mil-
ria; deinde navigans verſus Africum
tigit quatuor inſulas, quas vocant *Chal-*
a Oſtriva quadraginta milliaribus à
perioribus tribus. Poſtero die eundem
rſum ſecuti viderunt *Tukem* in pro-
ncia *Tumen*, ubi plurimi piratæ agunt;
que curſum flexerunt verſus ortum
rciter quadraginta milliaria, & incide-
nt in vada, magnoque naufragii diſcri-
ine evitato, inciderunt in pulchram
ſulam quæ appellatur *Chatalet*, diſtan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

tem à Challica Oſtriva circiter centum milliaria; ubi circiter ſex milliaribus o adverſam & horridam tempeſtatem an choras jecerunt, & ſummum adierunt diſcrimen; atque inde moventes verſu Auſtrum, offenderunt provinciam Shy ruanſha, ſub qua rurſus anchoras jecerunt centum & quinquaginta milliaribus Chatalet; atque ita tandem provecti in versus Eurum, appulerunt ad Derben quod oppidum tum parebat regi Hyrc niæ: deſcribit autem illud ad hunc mo dum.

Derbent antiquum eſt oppidum, h bens arcem vetuſtam in monte ſitam q Caſtouvv vocatur, è vivo ſaxo educta ad Europæorum modum, altis & craſ mœnibus cinctam: ab Alexandro magn conditam: qui & murum altiſſimum craſſum deduxit ad Teſſin uſque Geo giæ oppidum: adjacet mari, uno & qu draginta gradibus ab Æquatore verſ Arctum.

Hinc profecti verſus Eurum circit octuaginta milliaria appulerunt ad Sh bran; hinc terreſtri itinere camelis vectu ſex dierum itinere venit Shamakiam Regno Shirvan olim Hircania, cui tu Obdolucan imperabat. Deſcribit aute Shirvan hoc modo.

Hircania quondam magni nomin

fu

uit provincia, habuit utplurima oppida, agos & arces: ita ut reges cum Perſarum ege potentia certarent; ſed nunc res longe aliter ſe habet, nam pleraque oppida ere conciderunt, & Rex Perſis tributaius eſt factus. Meminit & turris illius in *umachia* è craniis nobilium conſtrutæ. Vrbs autem illa diſtat à mari ſeptiui itinere, camelis; habitatur hodie poiſſimum ab Armeniis. Oppidum *Araſh* ejuſdem provinciæ ad fines Georiæ, hodie emporium frequens eſt & pulentum, plurimum enim hic ſerici reeritur. Haud longe à Shamachia viſitur etuſtum caſtellum *Gulliſtan* à Perſis uperioribus annis dirutum. In eadem rovincia jacet altiſſimus mons *Quiuiſt*.

VI Octob. à Shamachia movens, poſt iginta ſex milliarium iter venit ad paum *Tavaten*; præterlabitur fluvius Cor, ui è montibus Georgiæ profluens, inter uo antiqua oppida Shabran & Bachu in nare Caſpium egreditur: Hinc per varam planiciem, ſed à barbatis & rudius populis habitatam, decem dierum inere venerunt ad oppidum *Ardovill*: uod diſtat ab æquatore triginta octo radibus, antiquum oppidum provinciæ derraugan; ubi Perſiæ principes ut plumum tumulantur.

Ab Ardovil quatridui itinere verſus occidentem jacet Tauris, maxima urbs Perſiæ.

Ab Ardevil autem decem dierum itinere profectus eſt Caſbin tum Imperatoris Perſiæ regiam.

Proſecutus eſt idem iter in Perſiam anno cIↃ IↃ LXV. Arthurus Eduardi Anglus, qui quum pridie Kal. Auguſti, ab Aſtracan ſolviſſet, demum vigeſimo tertio illius menſis ſubiit portum *Nazauon* atque inde ſex dierum itinere pervenit ad *Shamakiam*; obiit autem eo anno menſe Octobri Shyrvani rex Obdolucan.

Anno autem proximo, ab Aſtracan octiduo navigavit ad oppidum *Gilan*; a quo iter quatridui prodit ad *Caſbin*.

Anno autem cIↃ IↃ LXXIX. rurſus e Ruſſia profecti, per Aſtracan applicuerunt ad oppidum *Bildih* in provincia Shirvan, quam Turci tum poſſidebant oppido Derbent potiti. Diſtat *Bildih* ab æquatore verſus Arctum quadraginta gradibus & vigintiquinque ſcrupulis; & a *Bachu* unius diei itinere, ſive ſex leucis.

Derbent autem, quemadmodum tum accurate ab ipſis fuit obſervatum, diſtat ab Æquatore verſus Arctum uno & quadraginta gradibus & quinquaginta duobus ſcrupulis.

Ab hoc ad Bildih numerant ſex ſupra quadra-

uadraginta leucas. A Shamachia ad Ba-
hu decem leucas ſive triginta milliaria
nglica. A Bachu ad Bildih terreſtri iti-
ere quinque aut ſex leucas, maritimo
uodecim.

VII.

ITINERARIVM OANNIS NEWBERIE Angli ab Aleppo ad Ormuzium, anno cIↄIↄLXXXI.

DEcimonono Martii ab Aleppo diſce-
dens, præteriit poſt meridiem altam
rrim edito monti ſuperſtructam, quam
ocant *Boab*; & ſub veſperam venit ad
ugum *Halſe*.
xx. Venit *Bir* ad orientalem ripam
phratis: hic cymba conducta ſecun-
flumine deſcenderunt, & xxvi. ejuſ-
m menſis præternavigarunt *Raick* pa-
m ad orientalem fluvii ripam ſitum:
xxvii. Præternavigarunt arcem *Ba-
ſen* ad occidentalem ripam, ſed jam
rutam. Et mox *Gabbar* oppidulum ſuper
ontem ſitum ad orientalem ripam.
xxviii. Vetus oppidum Raccam: cui
x adjacet ſed jam diruta ad eandem ri-
m.
xxx. Balladac oppidum & arcem, utra-
e jam diruta ad occidentalem ripam;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

mox *Dier* oppidum, ad occidentalem ripam, foſſa undique cinctum.

I. Aprilis arcem *Rab*, ad eandem ripam.

II. *Aſhar* exiguum oppidum ad eandem ripam.

III. *Subercan*, jam plane dirutum, ad orientalem ripam.

IV. *Manallen* pagum, ad occidentalem ripam & mox *Annam* longiſſimum oppidum ad utramque ripam ſitum, ſed maximam partem ad occidentalem; in cujus medio viſitur Arx aquis circumdata, & multæ inſulæ amnicæ. Nono & decimo parum profectum ob adverſam tempeſtatem.

X. Venerunt *Addettam* & ſub veſperam *Gebbar*, ad orientalem fluvii ripam.

XI. *Heit* cum arce ad occidentalem ripam. Inter *Annam* & *Heit* utraque ripa pluribus ædibus & arboribus quæ dactylos ferunt eſt obſita.

XII. Deſcendentes ab *Heit*, XIII. venerunt Ambar pagum ad orientalem fluvii ripam.

XIV. *Felugiam*, ubi exſcenſione facta, terreſtri itinere petierunt *Bagdat* & XV illam ſunt ingreſſi.

XXIV. A Bagdat provectus, præternavigavit.

XXVI. *Bourac* oppidum, ad occiden-

talem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

talem fluvii ripam, ſed dirutum; & mox turrim in medio alveo ſitum.

XXVII. *Menil* oppidum ad orientalem ripam; cujus tantum una turris ſupereſt; & mox *Amor* exiguum Caſale ad eandem ripam.

XXX. *Sekia* oppidum ad orient. ripam; & mox *Kenedze* oblongum pagum, ſed deſtructum, ad eandem ripam: & ſub veſperam appulerunt *Gurnam*, ad cornu terræ ſitum, ubi *Furro*, & fluvius qui Bagdat præterlabitur confluunt: ad meridionalem ripam *Furro* jacet alterum caſtellum; & tertium itidem tribus milliaribus infra hoc.

I. Maii, venerunt *Balſaram* oppidum à fluvio verſus Eurum ſitum; extra oppidum jacent varia fora rerum venalium, & ædes factæ ſunt è grandibus cannis; intra urbem ſtructæ ſunt è lateribus ad ſolem duratis. Oppidum habet quatuor portas: æſtus marinus hic percipitur. Turca cepit hoc oppidum anno cIↃ IↃ L.

XVI. Navem conſcenderunt; & XXIV demum ingreſſi ſunt mare ſeu ſinum Perſicum.

XXV. Viderunt montana Perſiæ, & eodem die viderunt inſulam *Carreghe*, & applicuerunt ad illam XXVI ejuſdem: abundat fontibus; patet circiter duo milliaria in longitudinem, totidemque in latitudinem.

XXVII. Ab inſula provecti viderunt humiles terras Perſiæ: & præternavigarunt Caſtellum *Abouſher.*

Vltimo Maii attigerunt ſcopuloſum terræ cornu: à quo naves altum petunt, quæ Inſulam Baharen adire volunt.

VII. Iun. attigerunt Inſulam Scie vel Seche, quæ Portugallis paret; eſtque fluctibus pene æqualis.

IX. Applicuerunt ad *Nechel* quatuor leucis à *Scie*, hic in terram deſcenderunt. Fœminæ hic oblongis veſtibus utuntur; geſtantque annulos in naribus.

XI. Diſceſſerunt *Nechele*; & XII. venerunt *Melgor* magnum Caſale, inter montes ſitum. XVIII. *Geſſer* itidem Caſale.

XIX. *Bender*: XX. Inſulam *Leſt* attigerunt; è regione autem Bender jacet inſula *Baſſedor*; & utraque paret Portugallis. *Geſſer* vero & *Bender* in continente *Abrahamo Chan*; olim quidem Regi Ormuzii.

XXII. Iun. cIↃ IↃ LXXXI. venerunt Ormuzium.

Ejuſdem iter ab Ormuzio in Perſiam.

Secundo Auguſti; ab Ormuzio venit *Bender Comrovv*, ubi Portugalli tum arcem & præſidium habebant.

Quinto ſub noctem à Comrouw moventes;

rentes; octavo venerunt *Covvrſtan* Caſale: decimo *Ourmangel*; decimo quarto ad oppidum *Lar*.

XXIV. Aug. Lara diſcedens, venit ad pagum *Dehaccouvv* & poſtero die *Beren* Caſale: XXVII. *Olous* haud longe à *Gouen*, ubi provincia *Lar* deſinit.

I. Septemb. venerunt ad oppidum *Gaarrom* & mox ad Caſale *Demonder*:

II. *Mecocal* ubi aquæ graviter olent.

III. *Cavvger*: IV. *Cheſimon Moddafar* elegans diverſorium: V. *Covvel*. VI. mane *Shiraz*. Inter Lar autem & Schiraz plurimi graſſantur lupi. Iter autem à Lar ad Schiraz fere agitur verſus Corum.

XXII. Schiraz relicta, venerunt *Sarzom* oppidulum ad radicem montis, in amœna valle.

XXIII. Ad pagum *Auglamor*; cui alius vicinus jacet dictus *Augalm*.

XXIV. Mane pontem tranſierunt; & venerunt *Moyſſe*.

XXV. Ad pagum *Seſmon Dermal*.

XXVI. Superato altiſſimo monte ad *Augovv*.

XXVII. Ad *Hauſapaus* ſub monte ſitum, cum arce rotunda ſuper vicinum collem verſus occidentem ab oppido.

XXVIII. *Cuſkeſar*, ubi novum diverſorium ſtruebatur.

XXIX. *Gerdoun*: XXX. *Yeſtacas* ſuper rupē in profunda valle.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

II. Octobr. *Boial* pagum adierunt, fructibus abundantem.

III. *Moydar:* IV. pervenerunt *Hiſpahan.*

IX. Ab Hiſpahan profecti, venerunt *Sen*: X. *Sheſers Can* & mox ad magnum pagum *Calenda.*

XI. Ad *Shen* oppidum fructibus abundans.

XII. *Garrattoy*, & eadem veſpera oppidum *Caſſan.*

IV. Novemb. A Caſſan ad Caſale *Senſen* ſuper collem ſitum; ab hoc haud longe abeſt pagus *Bedra*, qui arcem habet.

V. *Caſmovam*, exiguum pagum, in magna planicie ſitum cum arce verſus meridiem.

VI. *Com* oppidum amplum, habens ad arctum lapideum pontem.

VII. *Gaffaravvau* novum diverſorium.

VIII. Oppidum *Souuvva.* IX. *Daungh.*

X. *Arraſſan* pagum. XI. *Kirram* ſuper rotundum collem.

XII. *Paſſen* vino & nucibus abundantem.

XIII. *Auffar* pagum, & mox *Deſſam* diverſorium.

XIV. Relicta verſus Africum Soltania, ad novum diverſorium nuper à Rege ſtructum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

XVI. *Sangas* oppidum. XVII. *Necpavv* diverſorium.

XVIII. *Sarcham* diverſorium.

XIX. *Meyannau* oppidum.

XX. *Turkeman* pagum. XXI. *Haggegavv* pagum.

XXII. *Avaſpeng* pagum. XXIII. *Taurin.*

I. Decemb. Tauri relicta venerunt ad pagum *Souſſion.*

III. *Souſſione* diſcedentes, eodem die venerunt *Merent.*

IV. *Iolfaum* oppidum, quod Araxes præterlabitur, cujus ripæ lapideo ponte junctæ fuerunt, qui jam concidit: oppidum jacet ad radicem montis: complectitur circiter tria millia ædium, & ſeptem templa.

V. Ad oppidum *Naxnan*, abundans annona.

VII. Ad pagum *Potta.* VIII. Pagum *Cambelleloam.*

IX. *Errevvan* ſive *Reyvan* ubi multi degunt Chriſtiani.

X. *Echimaſſen* Caſale Chriſtianorum.

XIV. *Dagſvvan.* XV. *Seraffam* Caſale.

XVI. *Cappannac* Caſale. XVII. *Comatſeur.* XVIII. *Shevvbanc* itidem Caſalia ſeu diverſoria.

XIX. Præter oppidum *Haſſan-Gallanth* cui munitiſſima arx adjacet triplici

muro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

muro cincta venerunt ad Caſale *Ballo-vvaſh.*

XXI. A Ballovvaſh venerunt *Arzerom*, oppidum inſigni annonæ copia affluens, quod tres habet portas.

XXIX. Ab Arzerom ad Caſale *Pretton.*

XXX. Ad Caſale *Shemar.*

I. Ianuar. Præter Caſale *Gotter*, ad diverſorium *Gebeſſe.*

II. Ad grande Caſale *Backeregge.*

III. Ad Caſale *Bettareg* haud longe ab *Arſingam*, atque ita eodem die *Arſingam*, quatridui itinere à Trapezunte. Ad ortum hujus oppidi jacet munitiſſimum caſtellum, & ad auſtrum lapideus pons ſuper fluvium Ponnat ſtratus.

XIII. Ab Arſingam, ad diverſorium *Serperron.*

XIV. Ad Caſale *Ardanſegh*: hoc die ſuperarunt montes *Cardalor*, nivibus & ſummo frigore pene enecti.

XVI. Ad Caſale *Shevvbaning.*

XVII. Ad grande Caſale *Andre*: extra viam in pulcherrima valle ſitum ad radicem montis.

XVIII. Ad Caſale *Yeoltedder* ad ripam fluvii ſitum, præter magnam arcem ſuper editum montem ſitam verſus Arctum.

XIX. Per altos montes ad Caſale *Longo.*

XX. Ad Caſale *Praſſa*: & XXI. *Toca-*

tum,

tum, à quo ad aquilonem labitur fluvius *Ponnat*, valido ponte lapideo ſtratus; ab oppido verſus arctum inſidet altæ rupi munitiſſimum caſtellum; ad meridiem autem imminet utrique editiſſimus mons. In hoc oppido degunt multi Chriſtiani.

XXIX. Lapideo ponte ſuperato, ad Caſale *Ackelcon*.

XXX. Per Caſale *Burghcarre* ad pagum *Tackian*.

XXXI. Ad Caſale *Dadovv*, à quo haud longe verſus Boream abeſt urbs *Amaſia*.

I. Febr. ad Caſale *Searadella*, diviſum in duas partes. II. Ad Caſale *Chagannalel*: III. Ad oppidum *Garom* cum arce ſua verſus Eurum ab oppido ſita.

IV. Ad Caſale *Lout*: V. Caſale *Mourt Larſarrate*, trans fluvium *Caſalmach* qui ſe exonerat in pontum Euxinum.

VI. Ad Caſale *Allagour* ſuper montem ſitum.

VII. Ad Caſale *Ennebean*. VIII. Ad Caſale *Sarracuſt*.

X. Ad exiguum Caſale *Saddar*.

XI. Ad Caſale *Erandrervan* juxta amœnam vallem, urbs *Angria* diſtat hinc dimidii diei itinere.

XII. Ad oppidum *Aaſh* in valle ſitum.

XIII. Ad Caſale *Ahemet Shalla*.

XIV. Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

XIV. Ad pagum *Garacham* intér mon-
tes ſitum.

XV. Ad Caſale *Gaye* ſuperato priu
monte *Chambelle*.

XVI. Ad Caſale *Carralla*: XVII. A
Caſale *Sovvdegan*, trajecto fluvio qu
labitur verſus ortum.

XVIII. Ad Caſale *Couſcherderrom*.

XX. Per oppidum *Bouſcine*, ad oppi
dum *Bararich*.

XXI. Superato edito monte ad Caſal
Korſhonnoum.

XXII. Ad Caſale *Actſau*: XXIII. a
Burſam.

V. Martii, trajecto flumine, cujus ri
pæ lapideo ponte junguntur ad Caſal
Chriſtianorum *Peage*.

VI. Præter ſinum maris, cui oppidun
Gamlech aſſidet; & lacum *Bourchi*, a
Samaldechi.

VIII. Præter Pharum ad pontun
Euxinum, ad *Skell*.

IX. Ad Galatam & Conſtantinopo
lin.

VIII

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

VIII.

ITINERARIUM NICOLAI HEMMII ab Ormuzio ad Hiſpahan anno cIↃ IↃ cXXIII.

TErtio Auguſti à *Gambron* profecti cum Caſila CLXXX camelorum, tria milliaria promoverunt, & cubarunt ſub dio.

IV. Præterierunt duo aut tria diverſo-ia, & ciſternas è quibus homines atque umenta aquas petunt; & venerunt *Get-ſi*, aliquot montibus ſuperatis.

V. Duos amnes vado tranſierunt, quo-rum alter valido lapideo ponte ſtratus e-at, cujus pars ab undis rupta fuerat, & venerunt ad hoſpitium *Cauvvereſtan*.

VI. Ad *Goerobaſergon*.

VII. Ad *Gigon*, & mox cœlo tum ſu-ra modum æſtuante, ſub veſperam ad Caruanſeram *Tange*.

VIII. Ad *Gourmon* XXXIV ædium pa-um, valde amœnum & immenſo nu-nero palmarum cinctum, quæ magnam opiam dactylorum ferunt; incolæ hic rave tributum pendunt. Et hinc ſub eſperam ad *Bahadinii*.

IX. Ad *Waſſalii*; & noctu ad *Scarchan* agum qui circiter miliare diſtat à *Laar*.

x. Ad *Laar* ante meridiem; ubi di-
verſorium ſortiti ſunt in hoſpitio Cha
nis Siras, multis atriis & cubiculis diſtin
cto; cui amœniſſimus hortus adjacet.

xvi. Oppido Laar relicto venerun
ad pagum *Dahaku*.

xvii. Ad magnum pagum *Berii*, qu
olim oppidum fuit, habetque etiamnut
arcem ſuper montem ſitam.

xviii. Ad *Benarovv* & trans arduo
& aſperos montes media pene nocte a
diverſorium *Schahitalck*.

xix. Per aſperos & præruptos mon
tes poſt meridiem ad pagum *Gaharon*
noctu cubarunt ſub dio.

xx. Sub meridiem ad *Gaffer*, plures pa
gos uno & communi nomine ſic dicto

xxi. Itinere per totam noctem cont
nuato ad diverſorium *Meſaferii* amœ
no loco ſitum.

xxii. Paulo poſt auroram ad *Bab*
bagii; circiter quatuor milliaribus à *S*
ras; & ſub veſperam ad pagum *Deror*
vval; relicto ad dexteram ſalſo lacu; ſo
lum undique conſurgit in altos monte
quibus venæ æris, argenti, ſulphuris,
aliorum metallorum occultantur.

xxiii. Attigerunt *Siras* elegantiſſ
mam urbem.

viii. Septemb. Diſceſſerunt ex url
Siras.

IX. Superatis aliquot montibus, deſcenderunt in amœnam vallem, in qua multa armenta ab Arabibus paſcuntur.

X. Ad fluvium, ad cujus ripas cubarunt ſub dio.

XI. Ad magnum pagum *Maim*.

XII. Ad *Emouſadam*, locum quadratâ forma inſtar arcis conditum.

XIII. Superato edito & difficili monte ad pagum *Ouſion* in pulcherrima valle ſitum.

XIV. Ad pagum *Aſpas*, cui arx adjacet ſuper montem.

XV. Ad *Choſgoſar* diverſorium, gelabat ea nocte.

XVI. Toto die equitantes ſub veſperam venerunt ad pagum *Deheygourdon* in amœna valle ſitum; relictis ad dexteram aliis duobus pagis cum ſuis arcibus.

XVII. Ad Coubet lellalam, cui arx adjacet.

XVIII. Ad arcem Iaſichas ſuper rupem ſitam, juxta vallem in qua plurimi horti viſuntur.

XIX. Præter *Abenabad* novum diverſorium ad *Deymachſoet* ad radices montium.

XX. Præter plures pagos cum amœnis hortis, ad amplum pagum *Chomſhe*.

XXII. Ad *Mayar*, via hæc amœniſſima eſt, & hortis atque viridariis undique cincta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

XXIII. Ad magnum & pulchrum pa-
gum *Spavech* ſeſquimilliari à *Spahan*.

IX.

ITINERARIVM IOSEPHI SALBANCK ET ROBERTI COVERT *Anglorum*,

Ex India in Perſiam, & per varias ejuſ-
dem provincias, anno cIↄ Iↄc IX.

ANgli fregerant navem grandem, cu
nomen erat *Aſſcenſio*, ad oram Cam
baiæ, & quum plerique incolumes in In
diam penetraſſent, variis itineribus de
mum ſunt reverſi; nos duorum quo
rum itineraria Anglice typis divulgat
prodierunt, hic adjungemus. Eorum unu
fuit Ioſephus Salbank qui ita iter ſuum
inſtituit.

Ab *Agra* quæ eſt regia hodie mag
Mogolis, iter ingreſſus per Byanam, c
miſſo illo quod per Lahorem agitur, quo
longum cenſetur; biduo pervenit *By*
nam: ab hac octidui itinere venit *Me*
tam per plura oppida & pagos. Et traj
cto flumine *Paddar*, qui per Guzerat
deſcendit in oceanum Indicum: vigin
quin

quinque dierum itinere attigit *Suckar*, facto itinere per *Reuree* & *Buckar*; ſecus Buckar labitur fluvius *Damiader*, qui poſt octidui iter illabitur in Indum, qui ſe evolvit in mare inter *Guader* & *Guzaraten*. De quibus diximus in Indiæ veræ deſcriptione.

Ab oppido *Suckar*, in inſula amnica ſito, viginti diebus venit *Candaharam* oppidum & emporium quantivis pretii, ob commercia cum Perſis juxta atque Indis: iter hoc actum per ſolitudines & ſylvas, cum ſumma difficultate.

A *Candahara*, movens verſus Hiſpahan, quinque dierum itinere attigit *Grees* Perſiæ oppidum, trajecto fluvio *Sabad*, qui Mogolis ditiones tum dividebat à Perſiæ regno. Eſt autem *Grees* præſidiarium oppidum, ubi Perſa alit circiter mille milites.

A *Grees* octidui itinere ventum ad *Parram* oppidum, per vaſtam regionem, & nonnullos pagos, quorum uni è præcipuis nomen eſt *Vea*. *Parra* autem emporium eſt, ubi magna copia ſerici venundatur.

A *Parra* octodecim dierum itinere, venit *Ieſd*, per regiones admodum deſolatas. Haud longe ab hoc oppido jacet municipium *Pahanaunis*. ubi plurimum ſerici colligitur; & quatridui itinere *Godana*.

A *Ieſd* ſeptendecim diebus venit *Hiſpahan*, maximum Perſiæ oppidum & Regis aula nobile.

Ab *Hiſpahan* integri menſis itinere pervenit *Bagdat*, ad Tigris ripam ſitum oppidum, quod circiter duo milliaria Anglica ambitu ſuo includit.

A *Bagdat* flumen deſcendens viginti octo diebus attigit *Balſaram*, ubi autem aquæ fluminis intumuerunt, octodecim diebus id iter peragi poteſt. *Balſara* urbs ſita eſt ad Perſicum ſinum, ambitque circiter ſeſquimilliare. Omnes illius ædes, murique tam oppidi quam arcium, ſtructi ſunt è lateribus ad ſolem induratis. Turcarum imperator hic tum alebat quingentos Ianizarios præter alios complures milites.

A Balſara ſex diebus navigavit ad oppidum *Catifam* ad Arabiæ felicis oram, cui tum Turca præerat, qui adverſus imperatorem ſuum rebellaverat: abundat omnis generis fructibus præſertim dactylis.

A Catifa per varias minores inſulas navigans ſexto die attigit famoſam inſulam *Baharem*, juxta quam quatuor anni menſibus Iunio, Iulio, Auguſto & Septembri præſtantiſſimæ margaritæ capiuntur.

A Baharem petierunt *Calaram* ad eandem

dem Arabiæ felicis oram: hic (inquit) iter camelis arripui verſus *Shiriffdin*, intendens *Aman* petere, ut inde Henrico Middletomo ſignificarem quam perfide in his partibus ſuperiori anno nobiſcum actum fuerit; verum quum intellexiſſem eundem per proditionem in Muha captum fuiſſe, & cathenis oneratum, deductum ad Baſſam *Sinam* oppidi in mediterraneis Arabiæ, iter flexi verſus *Limam* oppidum ad oram ſinus Perſici ſitum, ubi navem aſcendi ut Socotoram inſulam peterem; verum à pyratis interceptus, deducor ad oppidum *Snar* ſive *Sohar*, littorale oppidum haud longe à *Lima*. Hic Portugalii præfecto perſuaſerunt me exploratorem eſſe, atque haud difficulter imperrarunt ut in manus ipſorum traderet: atque ita à Portugallis primo ductus fui ab *Azido*, atque inde *Maſcaten* inſulam, ubi ipſi præſidium alunt quadraginta militum aut circiter, & eccleſiam habent; ſubducunt enim hîc triremes ſuas. Hic mihi perpetuo in dura captivitate manendum fuiſſet, niſi Ieſuita quidam Anglus me liberaſſet. Cætera non ſunt hujus inſtituti.

Alter Anglus fuit Robertus Covert, qui comes fuit prioris, & iter hoc paulo accuratius deſcripſit; quod tamen tantum perſequemur à Candahara, quia cætera

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

ſunt aliena ab hoc inſtituto & ad Indiam pertinent.

Candahar (inquit) eſt magna & pulchra urbs Pultanorum, ubi Sawder Khan præfectus vice Regis Pultanis imperat. Hic continuo commercia exercentur cum Perſia, India, & Meſopotamia, & reliquis partibus orientis; nam ſeptem aut octo millia camelorum in ambitu aluntur, ad merces ultro citroque devehendas. Alit præterea præfectus quadraginta millia equitum, ad Puttanos, bellicoſam gentem, in officio continendos, quia Mogoli haud libenter parent.

Sexto Maii iter ſumus ingreſſi verſus *Iſpahavvnen* (ut vocat) & illo die octo curſus confecimus & pervenimus ad pulcherrimum amnem cujus ripis utrimque aſſident duo oppida, in quo uno quod *Langor* dicitur ea nocte quievimus.

VII. Sex aut ſeptem curſus promovimus per planiciem.

VIII. Septem curſus abſolvimus & ſub dio pernoctavimus.

IX. Planiciem tranſgreſſi circiter XII curſ. ad amnem pervenimus, qui Puttanorum terras dividit à Perſia; dicitur *Sabbaa*.

XII. Trajecto fluvio venimus ad arcem & oppidum *Grees*, præſidiarium adverſus Mogoles, unde hic à Rege Per-

ſarum

ſarum decem millia militum aluntur ſub præfecto.

XIV. Per planiciem 6 Farſangas confecimus, quarum ſingulas leucæ comparant & binis curſibus.

XV Per planiciem alias 6 Farſangas, ad Caſtellum quoddam.

XVIII. Per Campeſtria 5 Farſangas & ſub dio pernoctatum.

XIX. 4 Farſang. ad oppidum *Doctarham.*

XXI. 5 aut 6 Farſang. ad oppidum *Sebavve.* Vnde fere iter noctu peregimus ob ſummum æſtum; & XXIII. undecim. Farſangis abſolutis venimus *Veam*, ubi plurimi periſtromatum textores degunt.

XXIV. 6. Farſang. ad pulchrum oppidum *Parra*, hic ſerici mercimonium viget quod Perſica lingua vocant *Averiſham.*

VI. Iunii hinc promoventes, XI. demum 32 farſangis per montana abſolutis *Bandam* pervenimus, publicum diverſorium.

XII. A Banda moventes per planiciem, 15 aut 16 farſang. XV. pervenimus ad municipium *Sunday.*

XVII. Hinc digreſſi per planiciem, viginti unam & dimidiam farſang.

XIX. Venimus *Beaſtan* municipium,

XXI. Poſt 10 farſang. iter venimus Guſtan oppidum.

XXIII. Hinc digreſſi, poſt 21 farſang. iter, XXV. venimus *Datteen*, melonum copia abundantem.

XXVII. Poſt 11 farſang. iter attigimus *Ieſd*.

XXVIII. 5 farſang. ad oppidum *Pahanavens*, ubi ſerici maxima reperitur copia.

II. Iulii 5 farſang. per planiciem.

III. 8 farſang. per ſolitudinem effœtam, ubi aquæ omnes ſunt ſalſæ, & ipſum ſolum ſale tectum; uti & IV. 7 farſang. per ſalſum ſive nitroſum ſolum.

V. 15. farſangas abſolvimus per ſimiles terras, ob aquarum inopiam feſtinantes, & attigimus *Biben* oppidum.

VIII. 14 farſang. ad oppidum *Godanna*, ubi plurimum ſerici reperitur.

X. 20 farſang. ad oppidum *Hemda*, uvis melonibuſque abundans.

XII. 15 farſang. ad oppidum *Cornetta*.

XIII. 6 aut 7 farſang. ad municipium *Orrinkea*.

XIV. 4 farſang. ad exiguum pagum.

XV. 5 farſang. ad oppidum *Govvra*, amplum & pulchrũ, & ſerico abundans.

XVII. 9 farſang. abſolvimus antequam aquam offenderemus.

XVIII. 7 farſang. ad exiguum pagum.

XIX. 7 farſang. per planiciem.

XX. 5 farſang. XXI. ſex. XXII. duas & dimidiam per planiciem.

xxiii. demum venimus *Iſpahavven.*
vi. Auguſti, Hiſpahawne digreſſi farſang. abſolvimus & ſub dio quievimus ad ripam amnis cujuſdam.
vii. 10 farſang. promovimus per deſertum. Et viii. alias ſex ad oppidum *orronday.*
ix. Ad *Miſ kereon* 6 farſang.
x. 10 farſang. per deſertum.
xi. undecim farſang. xii. 9 farſang.
xiii. 14. farſang, ad exiguum pagum *Corryn.*
xiv. 10 farſang. xv. 9 farſang.
xvi. 9 aut 10 farſang. omnes per deſertum ad exiguum oppidū *Lackeree.*
xvii. 8 farſang. xviii. 12 farſang.
xix. 14 farſang. omnes per deſertum ad exiguum oppidum *Corbet.*
xx. 12 farſang. ad municipium, cujus ædes inſtar tentoriorum è pannis villoſis factæ erant.
xxiii. 8 farſang. xxiv. 9 aut 10 farſang. per deſertum ad ſimile oppidulū.
xxv. Ingentem ſylvam tranſivimus, quindecim farſangas longam, ubi tam præcipitem montem deſcendimus ut duo cameli in præceps ruerent, & enecarentur, & homines cum ſummo diſcrimine evaderent.
xxvi. 2 farſang. ad ſimile oppidum; atque

atque hic tributum ſolvimus magnæ urb
quæ tantum unam farſangam abeſt; vo
cant *Nezzeret*: juxta viſitur monumen
tum Sultani cujuſdã ſuper editum mon
tem, uti tanto vicinior eſſet cœlo: uti in
digenæ credebant.

xxx. 10 farſang. ad fluvium *Synnee*
qui deſcendit in Euphraten, dividitqu
Perſiam ab Arabia; ad ripas autem vi
ſuntur rudera antiqui oppidi Perſarun
à Turcis aut Arabibus quondam diruti

xxxi. 8 farſang. per vaſtam regionem

1. Septemb. 12 longas farſang. ad gran
dem urbem *Sabbercam*, primum Arabia
oppidum, ubi poma granatenſia maxim
copia naſcuntur, quæ Arabes vocan
Anarres. Præſidiarium eſt oppidum Ara
bum.

III. 14 farſang. ad oppidum *Baldad*,
præſidiarium, & plenum latronibus.

VI. 18 farſang. ad civitatem Bagdat
aut Babylonem, ad Euphratem ſitam,
opulentam & longe munitiſſimam, val-
lum enim circiter centum & viginti ma-
chinis æneis defenditur. Turcarum Im-
perator quadriennio ante illam eripuerat
Perſis.

XXII. Octobris, iter ingreſſi verſus
Haleppum; & ad minimum ſexaginta
leucis abſolutis per ſolitudines, octiduo,
venimus ad oppidum *Muſſavv Coſam*.

XXXI.

XXXI. Hinc digreſſi quatridui itinere per deſerta, & fere triginta leucas emenſi municipium *Ruſſelee* attigimus.

IV. Novemb. 8 leuc. ad exiguum pagum *Deeſh*. Et V. verſus Muſel profecti, circiter triginta leucas, quinque diebus, abſolvimus. Hæc urbs jam maximam partem diruta eſt, reliquiæ tamen facile comparari poſſunt cum maxima earum, quas hactenus in itinere meo vidi: Regitur à Baſſa Turcarum magni nominis; adjacet munitiſſima arx ad ripas Tigris fluvii. Plurima hic viſuntur poſtremæ antiquitatis monumenta.

XIV. 4 leucas promovimus ad Caſtellum *Nuſſibaw*; & poſtero die 12 leucis abſolutis attigimus *Nuſſebavv*, ubi prophetam Ionam prædicaſſe volunt; cujus adhuc imago è ſaxo exciſa (licet multum deformata) ibidem cuſtoditur à Chriſtianis.

Hinc profecti triduo viginti leucas abſolvimus, & XVIII. veſperi venimus *Hamadainem* veterem Armeniorum urbem: ſed jam à Turcis pene deſolatam. Hic quoque multa viſuntur Antiquitatis monumenta, quæ oppidum olim nobile fuiſſe teſtantur.

XX. Inde diſcedentes poſt viginti quinque leucas triduo abſolutas, veni *Goubbam*, vigeſimo ſecundo menſis illius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

XXVI. Poſt alterius tridui atque 25 leucarum iter venimus *Vlfavven* magnum oppidum, ubi grave tributum ſolvitur ab itinerantibus, neque tamen lice ipſis in oppido pernoctare.

IV. Decemb. Poſt tridui & XXV. leu carum iter venimus ad oppidum *Bir* Eu phrati adſitum, quod valido præſidio Turcis cuſtoditur.

VII. Poſt bidui & XV. leucar. ite attigimus *Lumman*; & denique poſ octo leucarum iter VIII. ejuſdem menſi *Halepum*.

X.

ITINERARIVM RICHARDI STEELE Angli, ex India in Perſiam & per Perſiam ad Bagdat, anno cIↄ Iↄ c XV.

ADjungemus & alterum itinerarium Richardi Steele Angli. Hic diſcedens à *Candahar* XXIII. Iulii anno cIↄ Iↄ c XV eo die promovit 10. curſ. ad pagum *Serraben*.

XXIV. 12. c. ad exiguum pagum *Deabagen*. XXV. 8. c. ad exiguum caſtellum *Cuſheeunnam*, ubi Mogol præſidium alit.

XXVI. 17. c. ad fluvium, ubi ſub dio perno-

pernoctarunt. XXVII. 4. c. ad caſtellum Griez quod Perſis paret. XXVIII. 2 farſang. ad pagum *Maldee*. XXIX. 10 farſang. XXX. 5 farſang. ad exiguam arcem *Gazichan*. XXXI. 5 farſang. ad dirutum caſtellum.

I. Auguſti, 5 farſang. ad caſtellum *Delaram*. III. 7 farſang. ad vetuſtum caſtellum *Bacon*. IV. 4 farſang. V. totidem. VI. 5 ad *Farram* vel *Parram* exiguum oppidum alto muro cinctum è lateribus ad ſolem duratis, & quadratum, ambiens milliare Anglicum; nihil habens memorabile præter Bazar ſive forum deſuper tectum. Ager illius fœcundus eſt & riguus, quod rarum in hiſce partibus; mirum autem quanta induſtria & labore, aquas ad agros ſuos deducant, qui aliquantulum fœcundi ſunt.

IX. 1 farſang. ad amnem. X. 7 farſang. XI. 4 farſang. ad exiguum pagum ſed annona abundantem, XII. 4 farſ. XIII. 3 farſ. XIV. 5 farſ. ad pagum *Dravv*. XVI. 3 farſang. XVII. quatuor. XVIII. quinque ad *Zaidebaſhan*. XIX. ad pagum *Muden*. XX. 5 farſang. ad *Birchen*: XXII. ad *Deceaden*. In omnibus hiſce locis elegantiſſima periſtromata texuntur.

XXIII. 3 farſ. XXIV. 5 farſ. ad *Choore* vetuſtum & pene dirutum oppidum. XXV. 3 farſ. XXVI. 7 farſang. XXVII. ad *Dehugen*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

gen ubi calidæ ſcaturigines viſuntur. xxviii. 7 farſ. ad *Dea Curmam.*

xxix. 5 farſang. ad *Tobaz:* ubi Caravanæ ad minimum quatuor aut quinque dies quieſcunt, ut facilius ſalſum deſertum, quod quatriduo tantum ſupera tur, tranſeant. Hic uti & in ſuperiori pa go, quotannis tria millia Maun ſerici ab ſolutiſſimi conficiuntur, quæ ad pulcher rimam urbem Ieſd devehuntur; quæ duo decim dierum itinere diſtat à Spahan, & duodecim farſang. extra hoc iter.

xxx. novem farſang. confecimus pe deſertum; xxxi. decem.

i. Septembris quinque; ii. novem a exiguum caſtellum; iii. quinque. iv. de cem ad *Seagan.* v. quatuor; vi. decem ad caſtellum *Irabad.* vii. ſex. viii. octo ad *Ardecan.* x. quatuor ad *Sellef.* xi. tre ad exiguum caſtellum *Agea Gaurume* xii. novem. xiii. tres ad *Beavas.* xiv quatuor ad *Goolabad.* xv. quinque ad *Mo rea Shabaden.* xvi. quinque ad *Coopam* xvii. quinque ad *Sabs.* xviii. quatuor xix. tres ad *Spahan.*

ii. Decemb. à *Spahan* ad Seraium quinque farſang. iii. octo ad alterum Seraium. iv. ad pagum ſex. v. ſeptem ad *Dreag.* vi. ſeptem ad Seraium. vii. octo ad *Golpigan.* viii. ſeptem ad *Curo von.* ix. ſeptem ad *Shovvgot.* x. ſex ad

Saro

Saro. XI. octo ad *Diſſabod*. XII. duodecim ad *Toſſarkan* pulchrum oppidum. XV. ad *Kindanor* ſex. XVI. octo ad *Shar-Nuove*. XVIII. pontem tranſierunt, ubi quiſque tenetur profiteri quis ſit & quò tendat. XIX. ad *Kaſſamkhan* poſtremum locum Perſiæ; hinc enim tranſitur in terras Turkemanorum. XXI. Montes aſcendimus qui regiones has dividunt; & XXII. pervenimus ad pagum, octo farſang. XXIII. ſeptem XXIV. octo ad oppidum *Mando* Turcis parens. XXV. octo ad *Emomeſter*. XXVI. ad *Boroh* & trajecto fluvio ea nocte ingreſſi ſunt *Bagdat*.

XI.

ITINERARIVM PETRI TEXEIRÆ ab Harmuzio ad Baſoram & porro per Perſiæ partem.

HArmuz diſtat à *Maſcate* Arabiæ portu ſexaginta leucis. Ab *Harmuz* navigavimus XIV Aprilis, inter inſulam *Queixome* ſive *Broct* & Perſiæ continentem, per fretum quod, ubi maximum, in latitudinem patet leucas tres, ubi minimum, dimidiam leucam; hæc inſula patet in longitudinem viginti quinque aut triginta leucas, in latitudi-

nem decem aut duodecim ubi latiſſin
eſt: habet aliquot portus ſed haud mag
momenti, intra fretum hoc præcipui ſu
Dargahon, *Lapt*, *Chau*, *Sermion:* ext
habet promontorium Queixomes arb
ribus opacum, & præſtantibus fontib
riguum; *Karvez Angan* quæ exigua
ſula à majori anguſto freto dividitur
portum aperit capaciſſimum juxta &
curiſſimum.

Porro Inſula *Queixome* fertiliſſi
eſt, olim incolis frequens, nunc pene
ſerta, propter Arabum qui *Nibhelus*
cuntur continuos incurſus; diſtat ab H
muz tribus leucis. Extimum illius pr
montorium vocatur *Sermion*; à quo p
ro navigatur ſecundum oram Perſiæ,
inſulas *Pelur*, *Keys* & *Andrevii*, qua
ob innumerabilem avium copiam, Lu
tani *Iſla de los Paxaros* vocant; *Lar*
Laran; quæ inſulæ tres, quatuor
quinque leuc. diſtant à continente &
paucis habitantur ob latrocinia Arabu
qui *Noutaques* & *Nibhelus* appellant
& ad oram Perſiæ degunt.

Lara inſula humilis eſt & pelago
ne æqualis. Ora Perſiæ hic montoſa
aſpera & infœcunda, habet tamen
quot valles, quæ culturam patiuntur.

Atque ita navigando ſecundum or
pervenimus *Chilaom* (haud longe à V

doſtam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

ſtam,) in ſinu ſitum oppidulum, inter romontorium *Vedican* & brevia *Kañe*, erum ab adverſa tempeſtate coacti fui-nus reverti ad Harmuz, ubi rurſus an-horas fiximus vigeſimo primo Maii.

Ex Harmuz ſecundo provecti, navi-avimus ſecus exterius latus Inſulæ *Queixomes*, & brevia *Kanes* prætervei, prætervnavigavimus *Rexel* arcem ad ram maris ſitam & frugum copia & onitate nobilem, patet Regi Perſiæ: agis verſus arctum jacet *Regh Ceyfa-in*, Arabibus habitata (uti fere tota hæc ra Perſiæ) qui Perſæ patent: huic trium ucarum intervallo objacet Inſula *Karg*, nas leucas ambitu continens, ſcopulo- & montoſa, ceparum inprimis ferax Arabibus habitata: hactenus Perſiæ a montibus aſpera eſt ad littus uſque, nc vero montes magis intra continen-m recedunt, & ora ita humilis eſt ut on niſi è propinquo videatur; ad hanc ram duo amnes è Perſia in ſinum Per-cum deſcendunt, nimirum juxta *Rexel* *Reg Ceyfadin*.

Hic gubernatorem Mahumetanum cti iter inſtituimus verſus occidentem, non ſine diſcrimine enavigavimus evia *Karab*, quæ ad quatuor leucas c in alto ſternuntur; civitatem ma-am hic quondam fluctibus hauſtam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

fabulantur accolæ: hiſce ſuperatis, o
utrimque conſpicitur; nos oram Perſ
legentes Kalend. Auguſt. anchoras j
cimus in oſtio *Xat el Arab*, id eſt, flu
Arabum.

Notandum autem (inquit author)
rabes majores fluvios *Xat*, minores *F*
& *W'ed* appellare.

Porro hic fluvius, cujus dulces l
ces, in ipſo freto tribus leucis à terra h
riuntur, originem habet è duobus fan
ſiſſimis fluviis, *Tigri* atque *Euphrate*,
confluunt ad *Cornam* arcem præſidiari
Turcorum in extimo angulo Meſopo
miæ ſitam tridui itinere ſupra Baſora
à confluente autem ſecant terras pla
ſimas; quarum eæ quæ ad arctum ve
Perſiam vergunt, licet fertiles ſint, p
incultæ jacent, eæ poſſidentur à *M*
bark filio *Motelob* potentiſſimo Ara
qui cum Turca bellum gerit; in har
diſtrictu jacent *Magdon*, *Otza* & *D*
ka oppida quantivis pretii; illæ au
quæ ex adverſo verſus Arabiam jace
ſunt fœcundiſſimæ & omni genere
bonæ abundantes. Fluvius paulum i
oſtium, cubito reflectitur; ſed ſtatim
vertitur ad genuinum curſum, qui e
occidente ad orientem; latitudo in
oſtio eſt duorum milliarium.

Ripas utrimque accolunt Arabes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

pecore, gallinis & frugibus abundant, quas vili pretio vendunt advenis. Vbi octo aut novem leucas adverſo flumine aſcenderis, dividit ſe fluvius in duo brachia; quorum unum labens verſus meridiem, & Arabiam ſecans, ſinum Perſicum ingreditur in *Katiſa* juxta *Barhen*, ita ut à continente veluti dividat regionem quæ in longitudinem patet ſupra octuaginta leucas: alterum eſt quod ipſi aſcendebamus; ſupra divortium fluvius latior eſt & profundior, curſuſque longe rapidior, hic mox obvia fit inſula, unam leucam longa, vix dimidiam lata, cæterum admodum amœna, & palmis conſita: alveus autem qui ſecus Arabiam labitur profundior eſt altero; hunc aſcendentes ſexto Auguſti, venimus *Serragen*; quæ diſtat ab oſtio fluminis quindecim aut ſedecim leucas. Turcæ hic arcem præſidiariam habent, uti & alias plures ſupra & infra ad ripas fluminis, adverſus Arabum latrocinia: ab hac per elicem unius leucæ itinere aſcenditur ad *Baſoram*. Hactenus fluxus & refluxus maris ſentitur, ſine ulla tamen aquarum ſalſugine.

Baſora oppidum eſt Arabum diſtans à ripa fluminum Tigris & Euphratis circiter duo milliaria verſus Occaſum, (iter eſt per elicem quam diximus, atq; etiam

per terram licet pluribus alveis & aqua-ductibus diviſam:) in planicie conditum intra & extra munimenta, numerat decem mille caſas, grandes quidem & ſpacioſas, ſed è ceſpite aggeſtas, ita ut vix triennium durare valeant; tenuiorum autem tuguria facta ſunt è ſtoriis & cannis, quarum magna in flumine eſt copia. Arcem habet quadratam, magis tamen longam quam latam, cum terreo vallo plurimiſque propugnaculis, & lata atque profunda foſſâ, quæ ex elice illa derivatur: in hac fere commercia exercentur: regitur à Baſſa, qui è vectigalibus, quæ ampliſſima ſunt, alit tria millia præſidiariorum: Armamentarium item habet in quo ſunt plurimæ machinæ magnæ molis, & aliquot triremes, ſed minores & inelegantes, quibus Arabes compeſcunt: elix ponte tranſitur ligneo ſuper octo cymbas ſtrato: utuntur & aliis cymbis, quas vocant *Danequas*, quæ licet è minutis lignis (nam majorum ſumma hic inopia eſt) compactæ ſunt, tamen certo bitumine quod vocant *Quir* ita impicantur ut undas facile excludant: profluit iſtud bitumen ad *Heit* oppidum Euphrati aſſidens, è duobus fontibus, liquidum quidem ſed mox coagulatur & dureſcit.

Ager oppidi feraciſſimus eſt omnis

gene-

generis fructuum, præſertim dactylorum ita ut vili admodum hic veneant; non minus & farris omnis generis, atque leguminum, præterquam quod & aliunde importatur. Abundat pecore atque armentis: piſces tantum quos flumen alit haud ita laudati; volucrum denique ingens copia.

Cœlum autem valetudine incolarum infame, quippe æſtate ferventiſſimum: Multos ſcorpiones generat inuſitatæ molis.

Incolæ vero ſunt pauci Turci, plures Arabes utpote indigenæ: fœminæ autem male audiunt ob inſignẽ impudicitiam.

Præterquam quod omnis generis nummos hic uſurpant, habent & proprios nummos quos cudunt, & quidem duorum generum; primo *Larines* ex argento abſoluto, quibus duæ pernæ retortæ incuſæ; ſecundo *Xays*, ut ipſi vocant, ex argento minus probo, rotundos ſine ſigillo; priores valent ſexaginta quinque maravodiſios. Ædificium hic nullum notabile, plurima tamen habent balnea, quæ mares ante meridiem, fœminæ à meridie ad veſperam uſurpant, hæc conſuetudo tenaciter & caute hic obſervatur.

Iter ab hoc oppido ad *Bagadad* fere adverſo flumine cymbis peragitur, quod difficillimum eſt, antequam undæ flu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

minis à pluviis inflentur, quod fere fit poſt feſtum nativitatis; id quum mihi moleſtum videretur expectare, applicui me ad Cafilam, quæ terreſtre iter per Arabiam deſertam meditabatur.

Habet *Baſora* verſus meridiem, patentem aream, quam vocant *Maxarak*, in qua præterquam quod foro rerum venalium inſerviat, Mahumetani diebus Veneris feſtum agere ſolent; in hac convenit Caravana ſive Cafila ſecundo Septembris; tertio iter ingreſſi ſumus & circiter mediam leucam emenſi, ingredimur campos deſertos & riguos, plenos ſale, quem ſolis fervor qui hic maximus eſt coëgerat, è ſalſis undis ſinus Perſici, qui licet hinc diſtet ſupra decem leucas, tamen campos hoſce inundat: ducit anguſtus trames è terra aggeſtus quatuor leucarum intervallo verſus meridiem, ad *Drahemyam*, ubi rudera viſuntur antiquæ *Baſoræ*, quam urbem ſatis amplam fuiſſe ruinæ ipſæ indicant.

Hinc ſexto ejuſdem menſis nos abſolvimus, & iter inſtituimus verſus corum (W. N. W.) per terras deſertas ſed admodum planas, relicto ad ſiniſtram, intervallo ſex aut ſeptem leucarum, monte ſatis alto & 11 leuc. longo, quem Arabes vocant *Gibel Sinam*, per quem iter eſt illis qui à Baſora *Mekam* petunt; ſupra duas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

leucas progreſſi, quievimus juxta puteos aquæ limpidæ, in campo pleno coloquintis, quibus Arabes in medicina utuntur cum lacte camelorum: Arabes vocant hunc locum *Bragacyam* ſive *Cobrocyam*, hic offendimus gregem *Beduynum*, Arabes ſunt pauperes qui Scytarum inſtar vagantur & è venatu vivunt.

Sub veſperam alias duas leucas promovimus ad campum ſterilem & aquarum inopem; Arabes communi nomine hos campos vocant *Choa bedeh*.

Hinc ſeptimo menſis digreſſi per eandem planiciem, ſole ferventiſſime tum urente, ſupra quinque leucas abſolvimus, ad locum qui ipſis *Reamelah* dicitur, ubi tres extant putei, ſed aquæ impuræ, craſſæ & ſalſæ. Hactenus verſus arctum & corum profecti fuimus.

Octavo menſis iter convertimus ad occidentem, & ſeptem leucis abſolutis per aridiſſimos & arenoſos campos, quievimus in planicie, quæ ad eundem modum ipſis *Choadebeh* dicitur; in medio illius octo tuguria *Beduynum* extant, & aliquot putei aquæ grave olentis: vidimus toto hoc die verſus arctum fumum admodum craſſum, ad ripas Euphratis, quæ bidui itinere hinc diſtant, excitari aſſerebant ab accolis Arabibus qui cannas urunt ut cineribus ſolum ſementi facien-

 dæ

dæ aptius reddunt: toto hoc itinere multi lepores occurrunt & glires ſilveſtres; animal eſt noſtris mole par, parda pelle, auriculis, digitis & cauda gliris, capite & oculis cuniculi, cruribus rupicapræ, promovent ſaltando, & cuniculos agunt ſubter ſolum: Arabes in cibis uſurpant.

Inde tres leucas progreſſi per ſolum magis editum & minus planum, conſedimus in convalle arida & ſerpentibus obnoxia.

Nono ſummo mane iter urgentes per arenoſa loca ſex aut ſeptem leucas promovimus ad puteum muro cinctum, & circiter triginta orgyas altum, cujus aquæ licet limpidæ tamen peſſime olebant propter angues qui in illo degunt: Arabes hunc locum vocant *Hhe Vn* ſive *Hhyuna* vel *Ahen*, id eſt, fontes.

Sub veſperam tres leucas abſolvimus ad grandem planiciem, ſed nitroſam & aquarum inopem; toto hoc die ad occidentem progreſſi.

Decimo converſi ad W. S. W. poſtquam tres leucas abſolviſſemus, intravimus vaſtos montes arenarios quibuſdam arbuſtis obſitos, per quos iter tam difficile eſt, ut ob aſperitatem, aquarum inopia accedente, aliquot cameli & aſini perirent, & homines ſiti pene enecarentur; octo leucas eo die abſolvimus, & veni-

mus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

mus ad *Hhynigan* locum plenum colo-quintis; hic plures puteos invenimus, ſed cœno obſtructos, quo regeſto optimam aquam invenimus, ſine qua perire neceſſarium fuiſſet.

Vndecimo tantum duas leucas promovimus verſus corum (N. W.): Duodecimo verſus W. N. W. circiter ſeſquileucam profecti per colliculos, ſoli haud infelicis ſed aridi, pervenimus ad puteos aquæ limpidæ; & porro progreſſi paulo ante meridiem ad alveum amnis ſiccum, quem hybernis menſibus, ea eſt capacitas, ſatis altum eſſe veriſimile fit: juxta hunc in loco edito viſitur arx quadrata antiqui operis, cum duodecim propugnaculis, ad ſingula latera ternis, è coctili latere & cemento tenaci bene coagmentata: & ſexaginta paſſ. ab illa oratorium exiguum decem cubitos altum ejuſdem operis: Vtraque ab injuria temporis quidem peſſime accepta, ſed quæ magnificentiam regiam ſatis adhuc prodant, utpote quæ illo loco non ſine ingenti ſumtu & ſumma moleſtia exſtrui nequiverint: Arabes vocant *Alkayzar* ſive *Kayzar*, id eſt, palatium Cæſaris, quo nomine fere reges inſignire ſolent: opus ferunt Regis Arabis, ad ſecuritatem Cafilarum hic ſtructum; ſitum eſt medio intervallo inter *Baſoram* & *Mexat alii*. Hoc die octo

leucas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

leucas abſolvimus; in alveo jam dicto reperimus aliquot puteos aquæ limpidæ ſed tam male olentis, ut niſi neceſſitas cogeret ferri non poſſet. Sub veſperam tres adhuc leucas promovimus. Decimotertio iter ſummo mane ingreſſi per terras planas riguas, nitroſas & quibuſdam ſilveſtribus arboribus veſtitas verſus corum, ſeptem leucas abſolvimus & conſedimus in arenali aſpero, & aquarum inope, quas mediæ leucæ intervallo ad dexteram ſive ad ortum petitas, ſalſas deprehendimus inſtar marinæ.

Decimoquarto ſummo mane iter ingreſſi per ſimiles terras verſus corum, poſtquam ſex leucas abſolviſſemus, conſedimus in planicie, quæ diſtat mediam leuc. à puteis, qui extant inter rudera antiqui oppidi *Sayda*, unde hi putei Arabibus dicuntur *Hayun Sayda*, id eſt, fontes Saydæ: ſub veſperam alias tres leucas promovimus.

Decimoquinto ſex leucas progreſſi per terras inæquales, conſedimus in loco qui Arabibus vocatur *Kalb Alſor*, id eſt, cor bovis; ubi puteus extat aquæ ſordidæ & male olentis: ſub veſperam quatuor leucas promovimus & quievimus in loco ſatis opportuno, diſpoſitis excubiis & multis pyris accenſis ob metum tam latronum quam leonum qui hic ſunt plurimi.

Deci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Decimo ſexto; duabus leucis abſolutis venimus ad magnam rupturam, per quam hyeme magno impetu fertur torrens quem Arabes vocant *Haneghan*, quod non pauci interdum hic undis hauriantur; alias ſex leucas ante meridiem emenſi, quievimus in *Semat* loco arbuſtis & cannis opaco, ubi aliquot putei optimæ aquæ reperiuntur: ſub veſperam per terras aſperas & aridas quinque inſuper leucas promovimus; toto hoc die multi aſini ſylveſtres nobis viſi.

Decimo ſeptimo cum ſumma moleſtia, fame & ſiti, ſex leucis ante meridiem abſolutis, venimus ad alveum pene ſiccum fluvii *Vtcelæ*, & conſedimus in loco arbuſtis & cannis opaco, & quod rei caput eſt, optimis aquis abundante: ſub veſperam tres leucas promovimus.

Decimo octavo verſus eurum profecti, octo leucas ante meridiem abſolvimus, & pervenimus ad caput ſeptentrionale lacus quem Euphrates hic fundit ſatis magnum. Iam à ſummo mane conſpexeramus oppidum *Mexat Aly*, quippe edito loco ſitum ad orientale latus ejuſdem lacus, licet adhuc ſex leucis à nobis abeſſet, ita ut ſub noctem demum illud aſſequeremur.

Lacus quem dixi, originem ſuam debet Euphrati, qui ubi pluviis menſibus intu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

intumuit, ripas ſuas egreſſus ſe diffundit in hanc planiciem, generatque hunc lacum, in multos ſinus diviſum, longiorem tamen quam latum, & qui ambitu circiter triginta quinque aut quadraginta leucas colligat, nuſquam latior quam ſex leucas. In medio, vado tranſitur æſtivis menſibus, reliquis partibus altior eſt; alit & piſces grandes juxta ac minutos, licet undæ illius ob fundum nitroſum ſalſæ evadant, & ſole fervente plurimum ſalis generent: Arabes lacum hunc vocant *Rahemah*.

Oppidum *Mexat Aly* ſive *Mam Aly*, quaſi dicas oratorium Aly antiquiſſimum eſt, quippe ante mille annos condi cœptum, poſtquam Aly gener Mahumetæ hic fuit conditus, quem ſervus *Kufæ* (quæ haud longe diſtabat ab hoc loco, jam plane diruta) occiderat: & deinceps à ſectatoribus illius cum tanta veneratione cultum, ut ex immenſis donariis ſumptuoſiſſimum templum hic ſtructum fuerit, quod jam ob ſectæ illius decrementum, ruinam minari incipit, ſicuti & urbis muri è coctili lapide & cemento ſtructi; habuit olim ædes ſupra ſex aut ſeptem millia, hodie vix quingentæ habitantur, reliquæ jam conciderunt, ita tamen ut ruinis ſuis ſplendorem antiquũ urbis adhuc teſtentur: Aquæ inops eſt op-

pidum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

pidum præterquam ſalſæ; niſi quod Selimus Turcarum Imperator, ab Euphrate; trium leucarum intervallo, ingenti ſumtu & labore aquæ ductum perduxerit, qui non raro oblimatur. Annona hic valde rara & cara, utpote quæ aliunde inferatur. Incolæ colore ſunt candido, ſed pravis moribus; advenas omnes, præterquam ſuæ ſectæ, oderunt & ut immundos abominantur. Habent ſuum regem, ſed Turcæ ſubjectum & vectigalem.

Vigeſimo tertio è *Mexat* digreſſi, verſus arctum ſeptem leucas abſolvimus ante meridiem, per terras planas ſed ſteriles, & quievimus in diverſorio, (*Khan* vocant ipſi) antiquo quidem ſed ſatis eleganter ſtructo: intermedio ſpacio circiter mediâ leucâ extra viam regiam viſitur grandis domus cum alta turre, in qua prophetam Ezechielem tumulatum volunt. Diverſorium hoc dicitur *Efegel*. Veſperi alias ſex leuc. verſus arctum abſolvimus & venimus *Genezan*, id diverſorio eſt nomen.

Vigeſimo quinto verſus Corum profecti ſeptem leuc. emenſi, venimus *Mexat Ozem*. Oppidum eſt, nullis mœnibus cinctum, in quo quatuor millia ædium numerantur. Templum habet longe ſumtuoſiſſimum & antiquiſſimum in quo *Ozem* filius Aly ſepultus jacet, quem in hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

hoc deſerto ſiti extinctum tradunt; qua
ſectatores illius ſectæ imprimis merit
rium judicant, gratis ſitientibus omnib
aquam ultro offerre, in quem finem utr
& amphoras plenas aqua circumgeſtan
Abundat oppidum commeatu omnis g
neris; aër hic benignus & ſalubris; hab
puteos aliquot publicos aquæ optimæ
limpidiſſimæ; ager illius imprimis fr
ctiferis arboribus abundat, rigaturque
quæ ductu ex Euphrate, qui hinc oct
leuc. abeſt, derivato; multas nutrit pec
des atque armenta. Oppidum hoc uti
Mexat Aly paret *Mir-Nazer* regi Ara
bum, ſed Turcæ vaſallo.

A *Mexat Ozem* digreſſi 11 Octob
maximam partem ſecundum aquædu
ctum illum ſive canalem, per terras pla
nas & optimi goſſypii feraces, octo ci
citer leuc. itinere abſoluto, venimus a
ripam Euphratis; cui aſſidet diverſoriu
publicum imprimis ſplendidum & n
tidum.

111. Octobr. Euphratem trajecimu
cymbis, qui hic triginta cubitos altus eſt
nutrit plures piſces, Arabes & Perſæ vo
cant *Forat*. Æſtate hic tantum ducento
paſſus latus eſt, hyeme longe latior, quip
pe qui interdum quatuor aut ſex cubito
augeatur. Trajecto flumine deſcenditu
in *Meſopotamiam*, ubi diverſorium e

publi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

publicum, ſuperſtructum ruderibus antiquæ urbis *Mezayebh*, cujus tantum nomen & aliquot parietes ſuperſunt. Adverſo flumine aſcendentibus occurrunt plurima oppida ad ripas illius ſita, inter quæ excellunt *Gedida*; *Hyt* bituminis *Quir*, quod Luſitani vocant *Quile* nobile; *Hadyta*, *Haluz*, *Iuba* plenum formoſis fœminis, *Mamura*, *Ana*, & alia plura uſque ad *Byr* haud longe ab *Aleppo* & ſecundo flumine duarum horarum itinere ab hoc loco *Hela* oppidum antiquum, per quod Iſraëlitæ captivi traducti ducuntur in Babyloniam.

Hinc iter fecimus per Meſopotamiam verſus arctum relictis ad dexteram ruinis veteris Babylonis intervallo duarum leucarum, & tranſivimus pulcherrimum diverſorium à domina quadam Turcica hic conditum, & poſt mediam noctem venimus *Berenum* diverſorium nobile, munitum & capaciſſimum, octo leucis à ripis Euphratæ.

IV. Octob. decem leucas abſolvimus, interdum per terras ſiccas, interdum per campeſtres; & toto illo itinere vidimus ad dextram & ſiniſtram multos lateres ad ſolem induratos, quos ævum jam exederat, de quibus infra dicetur; & ſole oriente conſpeximus è longinquo templa, Alcoranes ipſi vocant, illius

partis Bagadad quæ eſt in Meſopotam
Hanc partem intravimus prima h
poſt meridiem, & tertia tranſivimus
men ad alteram partem *Bagadad*.

Bagadad famoſiſſima civitas, ſit
ad ripam Tigridis, quem indigenæ
cant *Digilah* ſive *Diguylah*; ſecat m
diam civitatem inter arctum & m
diem, æſtate circiter ducentos trig
paſſus latus; tranſitur ponte ſuper vigi
octo cymbis ſtrato; intervallo inter ſi
gulas quatuor paſſuum, & utrimque
tenis ferreis ipſis ædibus alligato.
noctu, & diebus Veneris diſiungit
ſingulis partibus ad ripas retractis: a
Tigridis magis pura & limpida eſt qu
Euphratæ, nutrit optimos piſces. Par
vitatis quæ jacet à flumine verſus o
dentem intratur per vallum è terra ag
ſtum & per duos pontes fixos; vall
hoc aggeſtum fuit anno 1601. ab *A*
Baſſa Wazir, qui & diverſorium, for
& caſam *Koah* atque pulcherrimam n
quitam ad ſiniſtram introitus exſtru
è candidis ſaxis quæ à Moſul (quam
niven fuiſſe autumant) ſubvehuntur.
hac parte urbis numerantur tria mi
ædium; inter publica ædificia eminet
caſa *Koah*: Koah eſt potio è certo le
mine cocta, minutis fabis haud abſim
quod ex Arabia petitur, hanc nob

ju

uxta ac ignobiles hic quatuor aut quinq; unciatum quantitate ſorbillant calidam; nigra eſt & fere inſipida; hanc hyeme quidem interdiu, æſtate vero noctu hauriunt. Hæc caſa ſita eſt ad ripam fluminis, cum amœniſſimo proſpectu. Extra vallum multa rudera viſuntur antiquorum ædificiorum.

Altera pars urbis trans fluvium occupat ſecundum ripam in longitudinem grande milliare ; ad arctum habet arcem magis grandem quam validam, quadratam, magis longam quam latam; continet in ambitu mille quingentos paſſus; cingitur foſſa octo cubitos alta, lata duodecim; muri & propugnacula ſunt è latere: unam portam aperit in Perſiam, cujus agri fertiliſſimi & planiſſimi ſine ullis collibus, unde non raro hyeme à flumine inundantur; ubi arx deſinit, ordiuntur muri civitatis è coctili latere, qui ad modum ſemicirculi circumgyrant Teſquileucam & ad fluvium deſinunt, cum multis propugnaculis, præſertim quatuor prægrandibus in quibus plurimæ grādes machinæ collocatæ omnes æneæ.

Regitur à Baſſa qui abſolutum habet imperium, belli paciſque tempore: dedit tamen Turciæ imperator advenis & mercatoribus protectorem, qui illos contra violentiam Baſſæ & aliorum mini-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

ſtrorum ſumma integritate defendít.

Hic & in vicinis locis plerumq; alun
tur quatuordecim millia qua equitum
qua peditum ; inter quos numerantu
mille quingenti Ianizari. Baſſa autem i
ipſa arce ut plurimum habet mille quin
gentos aut plures etiam delectos milite
in ipſa urbe agunt quatuor aut quinqu
mille; reliqui in vicina præſidia diſtri
buuntur.

Intra urbem viſuntur multa rude
magnificorum ædificiorum, qualia ſu
Meſquita quam vocant *Calefabæ*; *Ma*
draſa ſive hoſpitale, & alia aliquot tem
pla quæ ætati jam cedunt: nova autem
opera pauca hic videre eſt præter du
meſquitas, quarum una haud longe d
ſtat à ripa fluvii; altera prope muros ſi
eſt, quæ ſumtuoſiſſime ſtructa eſt, cu
æquæductu inde à flumine derivato; opu
ſplendidum & utiliſſimum oppidanis.

Vrbs licet tertia fere illius pars vacu
& palmis conſita ſit, habet ad vigin
millia domorum; quæ amplæ quiden
ſunt, ſed negligenter ſtructæ, cum rari
aut nullis feneſtris ad compita, & hu
miles, ſtructæ fere è veteribus lateribu
illis, qui in ambitu urbis ad aliquot mil
liaria è ſolo & ruinis antiquæ urbis e
ruuntur, è quo facile eſt colligere quant
olim fuerit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Incolæ majorem partem ſunt Arabes, reliqui Turci, Curdi, Perſæ: præter ducentas aut trecentas familias Iudæorum quarum duodecim aut quindecim à captivitate Babylonica ſuperare volunt: Armeniorum Chriſtianorum decem; Neſtorianorum octuaginta familias.

Indigenæ colore fere ſunt candido, formoſi & urbani. Mares juxta ac fœminæ ſplendido ſunt amictu; fœminæ formoſæ & pulchris oculis, quæ peplo velatæ prodeunt, ita ut videre poſſint, ipſæ autem non videantur. Multa hic balnea, peculiaria utrique ſexui.

In medio urbis verſus fluvium ſunt ſeptem aut octo calles, utrimque officinis mercatorum & mechanicorum obſiti, qui noctu grandibus catenis ferreis occluduntur: ad caput horum viſitur oratorium quoddam, ipſis *Pange-Aly* (quaſi dicas quinque digitos Aly, quod hîc Alyn in pariete veſtigia digitorum reliquiſſe ſomnient) in quo conſidet *Bolugo Baxi* (id eſt caput Bombardariorum) qui dat operam ne ementes aut vendentes offendantur, & lites inter contrahentes ortas, ſi poteſt, componit, aut remittit ad *Kadbyn*, id eſt, judicem ordinarium; ſalutare plane inſtitutum & quod plurimum cuſtodiat quietem publicam.

Vrbs gaudet & aëre admodum puro &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

ſalubri: æſtus hic maximus æſtate, frigus hyeme modicum. Annonæ omni generis ſumma hic eſt copia & vilitas. Ager fert multum goſſypii & ſerici; unde in urbe ſupra quatuor millia textorum numerantur. Opulenta commercia exercet cum Perſia, Indiaque & cum Syria. Habet quoque monetariam domum in qua aurei & argentei & ænei nummi cuduntur. Plurimi hic degunt aurifices & argentarii omnes Mahumetani;ut mirum ſit quis *Botero* perſuaſerit id artificii genus Mahumetanis illicitum eſſe.

Plerique hanc urbem confundunt cum *Babylonia*, forte quia illius reliquiæ non niſi unius diei itinere hinc diſtent, verum eos falli vel hoc argumento eſt, quod Babylon ad Euphraten ſita fuerit, hæc ad Tygridem. Vrbi huic principium dedit anno Hyxaræ CXLV; noſtro IↃ C CLXIII *Abuiafar* Kaliſah, nimirum parti quæ jacet in Meſopotamia: reſtauravit, & alteram partem addidit *Almoſtazer Bilah* f. *Almoktady Bilah* anno Hyxaræ CCCCLXXXVII, noſtro 1095; nomen autem inveniſſe putatur à Baga Perſis horto; quia primo tantum *Bagadaden*, id eſt, horti ibidem fuerunt.

Baſſa Bagaded tempore pacis in annuo reditu poſſidet ducenta mill. ſequinor. ſive 250000 ducat. quorum vix quadraginta millia expendit. XIII

XIII Decemb. 1604. *Bagadad* digreſſi
r fecimus per Meſopotamiam verſus
caſum , & ſeſquileucam progreſſi in
ix *Dulab* (quæ vox ſonat caput Ant-
rum) vectigal ſolvimus Regi *Mexat-*
ly & *Ozem.*

Hinc XIV. profecti & tres leucas
nenſi per terras fertiles & fere planas,
cidimus in ruinas civitatis *Karkuf,* cu-
s nihil reſtat integrum, præter meſqui-
m & duas parietinas: & terras fœcun-
as , ſed incultas ingreſſi , eo die ſeptem
ucas abſolvimus & quievimus in cam-
o *Aſlyah,* toti illi diſtrictui cognomine:
oto hoc itinere viſuntur multi ovium
reges, multi apri, rupicapræque & aquæ-
luctus collapſi , quibus ſolum rigari ſo-
ebat.

XV. Ad corum converſi iter fecimus
per planiciem , & ſecus alveum ſiccum,
qui pluviis menſibus impleri ſolet & na-
vigari ad Bagadad uſque, demum ſub no-
ctem ſeptem leucis abſolutis conſedimus
in *Aohenhat,* loco amœno, juxta alveum
torrentis, ſed tum ſiccum.

XVI. Septem leucas promovimus ver-
ſus Corum per terras planiſſimas, & quie-
vimus in loco aquarum inopi , à vicino
loco appellant *Omerrus:* omnis aqua, quæ
hiſce locis reperitur , groſſa eſt, fœda &
male olens.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

XVII. Relicto quaſi trium leucarum intervallo, ad ſiniſtram *Mexat-Sandahaiah* meſquita, & quinque leucis abſolutis venimus *Ogolet Xeque Mahamed.* puteos nimirum juxta alveũ amnis tum fere ſicci; & ſub veſperam octo leucis confectis quievimus in *Ogolet* el *Kelb*, loco aquarum indigo, qui tamen nomen accipit à puteis qui inde diſtant leucam unam grandem: Planicies & bonitas ſoli hîc mirabilis, ut dolendum ſit, ita incultum jacere.

XVIII. Verſus Corum proceſſimus leucas pene ſex, per terras bonas & planas (relictis ad dextram puteis aquæ fœtentis & craſſæ, à quibus *Ogolet* el *Kelb* nomen accepit) & venimus *Gomegmen*, (ad oras alvei ſicci) quæ ſaxis albis ſquamoſis inſtar Chryſo collæ renidet.

XIX. Circiter octo leucas promovimus verſus Corum per terras petroſas & deſertas & quievimus in amœna valle, licet ſicca, quæ Arabibus dicitur *Aburegemo*, aquæ hic ſunt venenoſæ.

XX. Verſus eandem plagam leucas octo ad *Seylat* locum valde aſperum & ſiccum.

XXI. Verſus Corum duas leucas, ad alveum torrentis, tum ſiccum; alias quatuor ad ripam Euphratæ; regio illa Arabibus vocatur *Nazeria*, locus in quo per-

nocta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

noctavimus *Zavvyhe.* Fluvius hic labitur inter aquilonem & Africum, latus paſſus quadringentos.

XXII. Iter fecimus ſecundum ripas fluminis, per anguſtias montium, qui hic fluvio incumbunt, *Medyk Nazerya* vocant Arabes, illis ſuperatis ingreſſi ſumus terras fertiles & cultas, & paulo declinantes à fluvio, pernoctavimus in *Ved Garabah*, abſolutis eo die leucis ſeptem.

XXIII. Poſt quinque leucarum iter, per terras varias, ſuperavimus montes ſatis aſperos, ad quorum radices labitur Euphrates, & ea nocte ad ripas conſedimus, non ſine metu latronum, qui ibi valde frequentes graſſantur.

XXIV. Tranſivimus, cum licentia, flumen ad oppidum *Anam*; Arabes vocant hanc regionem *Xam;* ſicuti Meſopotamiam *Iazirey*, id eſt, inſulam interamnicam. Iter quod à *Bagadad* huc uſque egimus non eſt ordinarium cafilarum, quæ magis ad arctum progrediuntur longiore itinere; ſed hoc noſtrum magis ſecurum eſt, ideoque crebrius uſurpatur.

Ana oppidum (quæ vox Arabibus pœnam ſive moleſtiam ſonat) jacet ad ripam Euphratæ; antiquiſſimum putatur utpote cujus ſacra Scriptura meminerit lib. 2. Reg. cap. XIX. ubi *Ava* dicitur pro

Ana. Adjacet utrique ripæ fluminis, vel cubito illius inter Corum & Eurum inflexo, in exigua inſula (quales ibidem plures coluntur) quæ circiter milliare ambit, circumquaque muro cincta, jam ab ævo male accepto; ad cornu Septentrionale habet arcem, & præſidium centum Turcarum, & aliquot machinas bellicas; extra illam viſuntur plures ædes & palmæ atque horti & forum; habuit & balneum publicum quum à Perſis una cum *Bagadad* poſſideretur.

Flumen hîc labitur inter aſperos & editos montes, ſub quibus utrimque planicies jacet, in Meſopotamia quidem ducentos paſſus lata, in *Xam* à ducentis ad quingentos.

Oppidum tantum duos habet calles, ad utramque ripam ſingulos; pars quæ in Meſopotamia ſita eſt rarius habitatur & fere à mechanicis, patet in longitudinem duo mill. altera in *Xam* patet duas leucas in longitudinem & eſt potiſſima oppidi pars. Ædes utrimque calli aſſident, fere quadratæ & plano tecto, præter meſquitam quæ tegulis tecta eſt, quod in hiſce partibus rarum.

Ager fert optimos fructus Europæos, præſertim grandes olivas, & frumenta omnis generis. Aër hic puriſſimus.

In utraque parte oppidi ſunt circiter

qua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

quatuor millia ædium; quarum cxx ſunt Iudæorum Arabum; reliquæ Mahumetanorum qui hic diviſi ſunt in duas factiones; alii enim ſunt Indigenæ, quorum majores ſuperſtitioſe coluerunt ſolem, quod & videntur in occulto facere, alii ſunt advenæ. Vtriſque imperat Rex Arabs *Amir Hamed Aburixa* potentiſſimus totius *Arabiſtan*, ſed jam Turcarum Imperatori vectigalis.

Colligitur hic maxima copia dactylorum: annona hic vilis eſt: non habent forum aliquod publicum, præter macellum. Habet oppidum triginta grandiores barcas, quibus flumen ſurſum & deorſum navigant.

Oppidani fere candido ſunt colore & nitidi, amiciuntur communiter camiſiis è pellibus ovillis uſque ad plantas, quæ pro tempeſtatis ratione invertunt; pluvio tempore hirtam partem foris geſtantes. Cafilæ ſive Caravanæ, à Tripoli, Aleppo & Damaſco atq; Bagadad hac iter agunt, licet non deſint etiam aliæ ſemitæ.

XIII. Ian. anno 1605. diſceſſimus *Ana*, & aſcendimus montes non tam editos, quam aſperos, & difficillimo itinere unius leucæ confecto deſcendimus in terram magis planam, ſed haud fœcundiorem, & quievimus in *Tel alyud*, id eſt, colle Iudæorum.

XXI. Ian. hinc promovimus verſus occidentem per terras montuoſas aſperas & infœcundas quatuor leucas: tum perventum in planiciem campeſtrem, in cujus medio extant duo montes alti & rotundi à quorum figura hanc planiciem vocant *Rumam-hen*, id eſt, duas granatas: & poſt trium leucarum iter conſedimus in amæno quidem prato, ſed aquarum inopi.

XXII. Verſus occidentem digreſſi per terras partim planas partim montuoſas, poſt quinque leucarum iter tranſivimus *Mauſel*, quod vocant *Iubab* (quaſi dicas puteum aquæ pluviæ;) & alias tres leuc. progreſſi pernoctavimus in campo inaquoſo quem vocant *Mekazar Iubab*. Toto hoc itinere plurimi greges pecorum paſcuntur.

XXIII. Iter fecimus verſus Corum, donec ventum fuit ad alveum ſiccum torrentis, cujus fundum videre erat è petra viva candida inſtar marmoris, ita planum ac ſi arte fuiſſet excavatus: quem tranſeuntes pernoctavimus ad radicem duorum montium, qui extant in media planicie & ab Arabibus vocantur *Aden then*, id eſt, duæ auriculæ, nimirum à figura. Abſolvimus eo die leucas quinque.

XXIV. Verſus occidentem ſex leuc. ad flumen uſque quod hic placide decurrit;

Mauzel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Mauzel hoc vocant *Kahem* à turricula aut monumento, quod hic ripæ aſſidet. Arabes hic magnam quondam urbem fuiſſe memorant, cujus tamen hodie nulla veſtigia ſuperant. Quum locus minus ſecurus videretur, duas leucas proceſſimus ad locum qui ipſis dicitur *Telulmana hyat*, id eſt, colles puteorum aquæ.

XXV. Verſus Corum profecti à mane ad veſperam per terras varias ſitu & bonitate, venimus ad campos planos in quorum medio offendimus quadraginta Caſas *Turcomannorum*, cum ſuis gregibus; hæ caſæ ipſorum ſunt rotundæ, tecta convexa, parietes è cannis & pellibus cincti, ita facti ut complicari & alio transferri poſſint. Ipſi autem ſunt veri Turci qui è *Turqueſtan* olim profecti, hic conſederunt per tribus, *Tayffas* dicunt ipſi, Arabes *Cabiley*, Tatari *Ordas*: homines robuſti, & laborum tolerantes; fœminæ quoque quæ haudquaquam ſe abſcondunt, validæ, quæ fere pecoris curam gerunt: locus dicitur *Mezenah*: nullæ hic aquæ.

XXVI. Verſus arctum digreſſi poſt trium leucarum iter ingreſſi ſumus ampliſſimam planiciem, inſtar convallis undique collibus cinctam, ſecat mediam alveus torrentis circiter quinquaginta aut ſexaginta paſſus latus, tum ſiccus: hic al-
teram

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

teram tribum Turcomannorum inveni-
mus cum ſuis gregibus ; locus vocatur *Muy* al *Mezenah* ſive *Methenah* id eſt, aqua *Meſnah*. Et porro profecti ſub veſperam conſedimus in campo plano , ſed inaquoſo ; Arabibus *Tabaki Seguer* confectis eo die decem leucis.

XXVII. Verſus Corum progreſſi per terras planiſſimas & optimas, poſt trium leucarum iter tranſivimus maximi amnis alveum ſiccum , Arabibus *Sehel*, juxta ſunt aliquot putei aquæ optimæ ; & ſub veſperam aliis quatuor leucis abſolutis , conſedimus in *Iubeba* loco arenoſo , ubi aqua abundat.

XXVIII. Verſus arctum profecti per terras planiſſimas & feraces , leucas ſeptem , pernoctavimus in loco inaquoſo, *Ragem al Kayma* ; nullos toto hoc itinere colles aut montes offendimus , ſolum è longinquo vidimus unum quem à tribu, quæ accolit, vocant *Gibel al Bexar*.

XXIX. Verſus Corum , monte *Bexar* ad dextram relicto , per ſimiles terras, ſeptem leucas progreſſi conſedimus juxta decem aut duodecim caſas Turcomannorum , loco inaquoſo qui dicitur *Keteſel Hel*.

XXX. Verſus Corum promoventes per ſimiles terras ; (in quibus plurimi greges Turcomannorum vagantur ; tribus illo-

ium

rum dicitur *Beghdely*, longe populoſiſſima, & quæ octo millia equitum poſſit educere, unde ſola *Amiri* tributum ſolvere detrectat) & loca quædam aſpera, novem leucas: & pernoctavimus in *Naquib*, relicto ad ſiniſtram amne magni nominis tum ſicco, quem vocant *Gadyr á ther*.

XXXI. Itidem verſus Corum, per vallem ſpatioſam & planam inter montes & colles, ſub horam nonam venimus *Sukanam* oppidum centum & quinquaginta caſarum, inter fauces duorum montium ſitum, ab Arabibus & Turcomanis habitatum, nullis mœnibus cinctum, ubi omnium pene rerum inopia eſt, præſertim lignorum; fœminæ tamen hic viſuntur formoſiſſimæ. Originem accepit ab arce præſidiaria, quæ adhuc in medio illius extat, ſed ab ævo peſſime accepta; nomen à fonte calido, cujus aquæ ſulphur redolent, nam *Sukan* Arabibus eſt calens.

V. Februar. partim verſus occidentem, partim verſus arctum, per montes & loca difficilia atque aſpera, ſex leucas: ad *Taybah*, oppidum cinctum, ſupra ducentas & quinquaginta habens caſas, è ruderibus antiqui oppidi Chriſtianorum Francorum extructum, è quibus ſupereſt campanile, & columnæ aliquot marmo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

moreæ templi, quæ jam meſquitæ inſerviunt. Nomen accepit ab aëris puritate & ſalubritate: habitatores ſunt Arabes, maximam partem paſtores aut agricolæ. Paret unà cum *Swkana* Amiri domino Anæ.

VI. A *Taybah* verſus arctum, per loca plana & paſcua & nonnunquam montuoſa, leucas octo ita tamen ut utrimque conſpicerentur montes longo intervallo; & ſub veſperam conſedimus loco inaquoſo, qui ipſis dicitur *Habe Oie*, id eſt, trames tortus.

VII. Verſus arctum, per varias terras, ſeptem leucas; pernoctavimus ad radices montium, juxta puteos peſſimæ aquæ & fœtidæ, quare hic locus vocatur *Abumentem*, quaſi pater malarum aquarũ.

VIII. Verſus Arctum per terras planiſſimas, relictis ad ſiniſtram longo intervallo continuis montibus, in quorum uno rudera antiquæ civitatis Chriſtianorum ſupereſſe narrant Arabes & Armenii; leucas quinque.

IX. Quum vix mediam leucam proceſſiſſemus, impetum in nos fecerunt latrones Arabes trecenti, & ducentos camelos abripuerunt, & aliquot noſtrorum ſpoliarunt, & peſſime acceperunt.

X. Verſus arctum, octo leucas, per optimas terras, licet non ita planas, & ſub-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

ſubſtitimus in *Drahem*, loco ſic dicto à vicina quondam arce, inaquoſo tamen.

XI. Aliquandiu per optimas terras profecti, uſque ad radicem montis *Cornæ Zebad*; deinceps aliis montibus ad ſiniſtram relictis ſecundum radices illorum ambivimus lacum grandem, patentem in ambitu triginta leucas. Naſcitur hic è fonte *Ahen-Dabad* juxta oppidum *Gebul*, quod jacet ad oppoſitam lacus ripam; hic lacus maximi eſt momenti, nam quum ſolum nitroſum ſit & ſalſum, aquas ſalſugine imbuit, quæ ſole fervente in ſalem coguntur, ita ut æſtate lacus equo tranſiri poſſit. Iter autem hoc admodum difficile eſt & periculoſum. Pernoctavimus in pago *Acle*; à latronibus habitatur, qui tum metu potentiorum, alio ſe ſubduxerant.

XII. Verſus arctum, ſecus oram lacus, per optimas terras, relinquentes ad ſiniſtram intervallo duarum & quatuor leucarum grandes montes: & trium leuc. itinere abſoluto tranſivimus municipium trecentarum caſarum, quod ruinis majoris & melioris oppidi ſuperſtructum fuiſſe apparebat, vocatur *Melhuah* à copia ſalis.

Huic tertiam leucæ partem vicinum eſt aliud municipium *Safyra*, centum & viginti ædium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Porro duas leucas hinc profecti, incidimus in amnem limpidum, qui è duobus fontibus effluit, *Ahen-Macuba* vocant à juncis qui juxta naſcuntur: haud procul hinc aditur municipium quingentarum ædium, *Tal-Aron*, à colle cui ſubjacet: hic moniti in *Gebrahim* (grande municipium id eſt, per quod tranſeundum erat eo die) trecentos *Seghmenes* qui à Baſſà Aleppo ſeceſſerant conſediſſe, iter maturavimus per agros cultos, uſque ad *Tel Axarab* pagum III. ab Aleppo leucis; atque hinc die inclinante Aleppum petentes, ſole jam occidente civitatem ſumus ingreſſi.

XII.

THOMÆ HERBERTI Armigeri Angli Itinerarium ab Hiſpahan in Hyrcaniam.

AB vrbe Regia Hiſpahan profecti, prima nocte promoverunt ad *Rieg* (notandum enim ob ſummum æſtum in arenoſis illis locis interdiu quieſcendum eſſe): dein ad *Sardahan* XVI mill. à præcedente; ad *Whonig* XXVII mill. ad *Tavvgebavvt* palatiũ regium cum horto, paucis in Parthia concedens. Ædes quidem minime amplæ, & haud ſupra duodecim. cubiculis inſtructæ, ſed auro varii operis orna-

ornatæ: hortus ad Arctum ædibus conjunctus, & limpido fluviolo irrigatus, & damaſcenis roſis & aliis floribus conſitus, ut & diverſis arboribus fructiferis optimis, granatis, perſicis, præcocibus, prunis, pomis, pyris, ceraſis & avellanis. Sunt ibidem & echo, ſpeluncæ, & labyrinthi naturâ & arte facti. Eſt in illo caldarium parietibus & pavimento è candido marmore. Illuſtrius opus, quia ſitus eſt & undique muro cinctus in planitie arenoſa & ſalſuginoſa. Hinc ad *Bavvt* (quod hortum ſignificat) & deinceps ad Obigarmii; ambæ hæ ædes Regis, qui inter Hiſpahã & Caſpiũ mare ſingulis duodecim milliaribus habet ædes. Hujus noctis iter Lunæ lumine illuſtratum, & quidem neceſſariò, quia agendum erat per deſertum arenoſum, decem mill. latum, & decies tantum longum. Arenæ furente tempeſtate motæ accumulantur in altos colles, ita ut non raro itinerantes cum camelis ſuis obtuantur & pereant; ad quod periculum vitandum ſingulis tribus mill. caſtella exſtructa, quæ tamen utpote arenæ inædificata menſe Martio aut Septembri ſæpe evertuntur, & rurſus exſtruenda ſunt.

Ea nocte XXX mill. confecta, & proxima nocte promotum ad *Suffedavv* XXI. mill. ad *Siacovv*. Hac nocte XXX.

mill. confecta, per viam ſtratam incredibili labore & ſumtu, per deſertum totum ſale ſtratum inſtar nivis, atque ita profundum & cœnoſum, ut equis & camelis atque adeo Elephantis ſi à ſtrata via deſcendant pereundum ſit: augetque periculum quod via hæc latronibus infeſta ſit, quos effugere non datur niſi retrogradiendo. Deſertum hoc excipiunt editiſſimi montes & ita præcipites, quaſi Olympus in Labyrinthum diviſus eſſet.

A *Siacovv* XXII. mill. per aliud deſertum ejuſdem naturæ, & ad eundem modum ſtratum. Hinc ad *Gezz* regium diverſorium XVIII. mill. à præcedenti, per anfractum Tauri montis (cujus frons in mediam aëris regionem ſe ſurrigit:) quadraginta vlnas latum, quem à propheta ſuo *Mortis Haly* acinace exciſum fabulantur.

Hinc ad oppidum *Halvary* XVIII. mill. ubi copia aquarum, lignorum, olivarum, farris, & avellanarum. proxima nocte *Periſcovv*, XVIII. mill. diſtans, & ad latitudinem XXXVI. graduum, oppidum tota Media celebre, & quandoque regia ſedes, licet palatium haud ſit pulchrum ſed viſuntur ibidem ruinæ Arcis; ſolum hic mediocriter fœcundum, & riguum, quum oppidum jaceat ad pedem vaſti montis, unde & nomen meruit.

Quin-

Quinto Maii, cum jam Caucaſi latus tererent & mare Caſpium deſpicerent, cum vento tempeſtuoſiſſimo conflictati, ægre attigerunt *Geer*, ſuperatis jam Caucaſeis portis, quas vocant anguſtias *Mozendram*. Ea nocte XXIV. mill. confecta; & proximâ alia XXIV, & deinceps ad *Alliavar* XXI. mill. ſylvoſum oppidum & aquoſum: ſequenti nocte ad *Nekavv*, XXV. mill. atque ita *Aſharaffum* ubi Rex tum agebat. Qui adventu Legati cognito, miſit gubernatorem oppidi cum quinquaginta equitibus, ut illum in hoſpitium deducerent.

Deſcriptio oppidi Aſharaf *in regno Hyrcaniæ.*

A*Sharaff* aut *Ahaſuraffa*, in regno Hyrcaniæ ſitum eſt ad latitudinem octo & triginta graduum & XVII ſcrupul. ab Vrbe Spahan CCCXXX mill. Anglica rectà ad Arctum.

Hyrcania jam vocatur *Mozendram*, habens ad Arctum Caſpium mare, ad meridiem Taurum montem, ad ortum Zagathiam (quæ eſt pars Scythiæ intra Imaum) & ad occidentem Mediam aut potius partem minoris Armeniæ. Regio eſt plena ſylvis, ubi multæ quercus licet incolæ parum illis utantur, in Hyrcano mari.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Araxis è Tauricis jugis deſcendens (ut Ptolomæus ſcribit Sagapene, Colthya & Seducæne) irrigat & fæcundat hanc regionem, dividiturque in tam multos rivos, ut antequam ampliſſimum flumen Caſpiū mare attingat, vado tranſiri poſſit.

Regio antiquitus atque etiam hodie abundat Tigribus, ſecundum illud Poetæ, Hyrcanæque admorunt ubera tygres: quibus accedunt Lupi, Leones, Feles ſilveſtres, Vrſi & Scorpiones, & magna culicum, muſcarum & anguium copia, hominibus moleſtiſſima.

Incolæ humaniores facti, poſtquam Regis Abbas jugum ferre didicere.

Primaria oppida hujus regni ſunt *Farrabaut*, *Aſharaffa*, *Periſcovv*, *Omoall*, *Barfruſhdeas* & *Derbent*, quorum pleraque alluuntur à fluviis *Araxe*, *Connaek*, *Obſel*, *Cyro*, *Rha & Cherſell*, è deſerto Lorr; quæ una cum Volga è Moſcovia ſe exonerant in Caſpium mare, quod licet turbulentum, non fluit aut refluit, aut exundat umquam; neque commercium habet cum alio mari, niſi forte cum Euxino per ſubterraneos meatus: quod minus mirum, cum Zioberis è Tauro promanans in terram ſe condat per triginta milliaria, & denuo erumpens cum altero fluvio, quem Rhodago vocant, ſe miſceat & in Caſpium mare devolvatur.

Caſpium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Caſpium mare ovalis formæ obtinet in ambitu tria millia milliarium Anglicorum; à meridie ad Arctum ſeptingenta, & ab oriente ad occaſum ſexcenta.

Hyrcania ferax eſt oryzæ, hordei & ſecalis, & fructuum in maxima copia. Indigenæ utuntur idiomate Perſico, & amiciuntur ad modum Hybernorum: humani, & rerum novarum avidiſſimi.

Oppidum Asharaff continet duo millia ædium, ſitum in planitie, haud ſupra duo mill. à Caſpio mari; nuper admodum Rex hîc ſedem fixerat. quare nequaquam magnitudine aut pulchritudine comparandum cum Farrabaut, quod ab hoc diſtat quinque milliaribus verſus occaſum. Ferrabaut autem maximum & opulentiſſimum oppidũ Hyrcaniæ diſtat ab Hyrcano mari tantum unicum milliare; alluitur fluvio, qui è Tauro deſcendit, quadraginta paſſ. lato, piſcoſo: Ruſſi hîc appellunt ſutilibus navigiis, Martio menſe & abeunt Iulio; eſt enim hic mercatus Serici. Palatium regis ſumptuoſiſſimum habet ad Arctum prope fluvium.

Chacoporum oppidum diſtat à Farrabaut XII mill. ſitum ad mare, præterlabente flumine, quod incolæ ferunt undecim menſibus dulce eſſe, uno ſalſum.

Omoal oppidum ſitum ad arctoum latus Tauri, habet tria millia ædium pul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

chre ſtructarum: incolitur à variis nationibus, Armenis, Georgianis, Perſis, Hyrcanis, Iudæis, aliis: ita ut hîc quinque diverſa idiomata ſint in uſu. Olim metropolis hujus regni, ut rudera multa faciunt fidem, Arce tantum rari operis adhuc ſuperſtite. Prope oppidum viſitur templum, in quo quadringentis & quadraginta quatuor principes ſeu prophetas tumulatos ferunt in ſumtuoſiſſimis monumentis; inter quæ excellit Agomadeni quod Mahumetani devotè quotidie inviſunt. Indigenæ comes, & fœminæ formoſæ & urbanæ.

Deſcribuntur & alia oppida & loca ab hoc nobiliſſimo viro, ſed quia Hyrcaniæ limites jam exceſſimus, ea omittimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

APPENDIX.

IOANNIS BOTERI
Relatio de Regno Perſarum.

PERSIAE, Perſarumque nomen aliquanto tempore ſuppreſſum fuit, primum ab Arabibus (qui Perſis ſubjugatis, ut eos ignávos redderent, lege ſanxerunt, ne amplius Perſæ, ſed Saraceni dicerentur) deinde à Tartaris, primò ductu Chingis, poſtea Tamerlanis. Sed pauló ante noſtra ſecula, priſtinæ gloriæ reſtituta eſt Perſia, virtute Iſmaëlis Sophi, de cujus origine aliqua tradere abs re non erit, quod ad conſequendam notitiam ſtatus regnique Perſiæ facere videntur. Cùm Mahumetes (à quo ſecta Mahumetana nomen habet) apud Arabes, divitiis ſuæ dominæ (à qua hæres inſtitutus erat) & novo dogmate (quod in vulgus ſpargere incipiebat) nomen ſibi paraſſet, duxit in ſecundam uxorem Aiſſam, cujuſdam Bubaci viri prædivitis, & magnæ exiſtimationis filiam: illiuſque & Omari & Otomari, ejus parentum favore, collegit magnum Arabum numerum, cepitque titulo & prætextu religionis, multa oppida, quæ ei vicina erant, deditque eo tempore Hali ſuo cognato, in uxorem Fatimam

mam filiam ex priore uxore, vitaq; dec dens anno ſuæ ætatis 63, reliquit ei ſua ditionem, conſtituitque eum caput ſu ſectæ cum titulo Caliphæ. Bubacus æg ferens, quòd Mahumetes ſibi (cujus f vore magnus factus erat) ætate matur juvenem prætuliſſet, ejecit eum dition auxilio Omari & Ottomari, qui ipſu Calipham malebant, tum quòd eoru conſanguineus eſſet, tum quòd ejus æt jam grandior provectiorque, ſpem ipſi ci tò ſuccedendi faceret, quod accidit, nar Bubaco ſucceſſere ordine, dicti Omar & Ottomar. Omar à mancipio occiſus fuit Ottomaro in quadam rixa neci tradi to, rediit Caliphæ dignitas ad Halim ſed eam quietè poſſidere non potuit: nan cepit contra eum arma Mavia, ſub præ textu, quòd mortis ſui patroni Ottomar conſcius fuiſſet: curavitque eum occid Cufæ, hæc civitas eſt in decurſu Euphratis, infra Bagdet, diciturque ob id adhuc Maſſadal, quod eſt domus Hali, qui ibi ſepultus fuit. Hali mortuo dixerunt incolæ Cufæ, Calipham Ocen, filium Fatimæ, ſed & hic loco deturbatus, & veneno necatus eſt à Mavia, qui ſe Calipham abſolutè dixit, ſucceſſitque ei Iazit filius. Ocen reliquit poſt ſe duodecim filios, quorum unus Mahumetes Mahadin fuit, eum Mauri non mortuum eſſe ajunt, ſed

eum

eum expectantes, dicunt quòd ad convertendum Orbem, reverſurus ſit: ob rem in Maſſadalla, in qua, ſecundum eorum ſtultitiam, converſionis initium futurum eſt, equus ſemper paratus eſt, qui magna cum pompa in templum, quod illi Moſcheam dicunt, ducitur offerturque. Ex controverſiis, quæ Hali cum Bubaco, Omaro, Ottomaro & Mavia interceſſere, remanſere graviſſimæ contentiones cùm armorum, tum opinionum: volunt enim Perſæ, Halim ex teſtamento Mahumetis, verum Calipham fuiſſe, ſed Arabes favore tres primos proſequuntur. Cum circiter annum 1363; Mauri nullum Calipham haberent, quod ii finem habuiſſent, anno 1258. in Muſtacen Mumbila (quem Allacu, Tartarorum Rex, occidit) ſurrexit in Perſia quidam Baro, cui nomen erat Sophi, Dominus oppidi Ardevel, qui ſe ſanguine Hali, per Muſam Cereſin, ejus nepotem (unum ex duodecim filiis Ocen) genitum gloriabatur, in cujus memoriam mutavit formam Turbantis (geſtamen capitis id eſt) adjunxitque duodecim acies, conciliavitque ſuæ ſectæ nomen & æſtimationem: huic ſucceſſit Guine, filius Adar, cui Aſſambec in Syria & Perſia, potentia celeberrimus Princeps, in uxorem dedit ſuam filiam: ſed ejus filius Iacob beg, authoritatem
exiſti-

exiſtimationemque Adar veritus, curav
eum occidi, deditque duos ejus filio
Iſmaëlem & Solimannum, Capitane
ſuo Amanzari, ei injungens, ut eos pone
ret in Zaliga (is montibus munitus locu
eſt) ſed Amanzar ſui domini crudelit
tem deteſtatus, detulit pueros in ſuar
domum, curavitque eos cum ſuis fili
liberaliter educari, cumque in lethaler
morbum incidiſſet, veritus ne adoleſcen
tes in diſcrimen venirent, dedit eis ducen
tos aureos, & equos, conſuluitque ut ſ
ad domum matris conferrent. Iſmaël, qu
natu maximus erat, domum reverſus, ſta
tim ſe patris necem vindicare velle pro
feſſus eſt, & poſt aliquos felices ſucceſ-
ſus; aſſumpſit titulum protectoris rerum
Hali, à quo ipſe originem ducebat, feci
Turbantem altiorem, miſitque legatos ad
omnes Principes Mahumetanos Orien-
tis, hortatuſque eſt eos, ut & unà ſectam
& inſignia reciperent: hac via, armo-
rumque felicitate, fecit ſe toti Orienti
formidabilem, occiditque Ocen, qui ſe
tunc Perſiæ Regem inſcribebat, & decem
ejus fratres, ſolus Marabecus elapſus, im-
ploravit in auxilium Selimum I. Regem
Turcarum. Vicit Iſmaël magno prælio
ad lacum Vay, Regem Tartarorum Zaga-
tajorum, volentique perſequi victoriam,
tranſmittereque cum exercitu fluvium

Abbia-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Abbiano, diſſuaſum id fuit ab Aſtrologo, cui multum fidebat, qui ei dixit, ſe quidem felices ſucceſſus in progrediendo videre, ſed nullum iter ad regrediendum apparere. Reliquit Iſmaël filiis ampliſſimum dominium, quod mari Caſpio, ſinu Perſico, lacu Siocco, fluminibus Tigri & Oxo (ni malimus dicere Abiano) & regno Cambajæ comprehenditur, quod ſpacium eſt plus quàm 20 graduum, ab Ortu ad Occaſum, & 18 à Septentrione ad Meridiem; continentur hoc ſpacio multa amplaque regna, quæ quamvis non omnia ſub ejus dominio immediate eſſent, agnoſcebant tamen eum pro ſupremo Principe, nempe Reges Macram, Patani, Guadel, Ormuzii (cui Ormuzo nunc Luſitani dominantur) Georgiani ſequebantur ejus inſignia: Iſmaëlis erant multæ amplæque civitates & nationes: Media, quæ nunc Servan: Diarbecca quondam Meſopotamia: Chuſiſtan, quā inhabitarunt Suſiani: Farſiſtan, Perſarum patria: Strava, quæ quondam dicta fuit Hyrcania: Parthia, quæ hodie Arac: Carmania, nunc Chermain: Sigeſtan, Caraſſan, Sableſtan, Iſtigias, quarum antiqua nomina ſunt Drangiana, Bactriana, Parapomiſus, Margiana. Harum regionum aliarumque quarum nomina non edo, ea pars, quæ ſinui Perſico vicina eſt, affluit omnium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

omnium rerum utilium copia, propt
flumina, quæ ipſas interſecant: inter
flumina nobiliſſimus eſt Bindimirus, c
jus aquis multum utuntur illi populi, d
cunt enim illas foſſis aliiſque quibuſda
inſtrumentis, in ſuas poſſeſſiones, ſi
magno uſui & commodo. Provinc
mari Caſpio vicinæ tum ob fluvioru
oportunitatem, tum propter aëris temp
riem; ſunt ejuſdem fertilitatis participe
qualis eſt illa pars, quam fluvius Pul
malon perlabitur (is ſe in lacum Burgian
condit) reliqua regionis pars ſicca eſt
quare nec oppida, nec pagi ibi frequent
ſunt, niſi iis locis, quæ fluvii aut lacus al
cujus beneficium experiuntur. Amplior
ditioreſque civitates Imperii Perſici ſun
Iſtigias, caput Bactrianæ, quæ inter amœ
niores Orientis cenſetur: Indion, capu
Margianæ, in territorio tam uberi læto
que, ut Antiochus Soter eam muro cing
fecerit: Candahar, caput Parapomiſi
multique commercii propter concurſum
mercatorum Indiæ & Cathajæ, qui ha-
rum regionum opes eò ferunt: Eri, ca-
put Provinciæ Ariæ, quæ roſis tam co-
pioſa eſt, ut ab iis nomen ceperit, Barba-
rus dicit eam XIII miliaribus ambiri:
Iſpaam, caput Parthiæ, eam aliqui illam
eſſe volunt, quam antiqui hiſtorici Eca-
tompylas dixere, tanti momenti eſt, ut
Perſæ

Perſæ de ea hyperbolicè dicant, eam medium orbem eſſe: Chirmain eſt Metropolis Caramaniæ, celebris propter excellentiam pannorum aureorum, argenteorumque, qui illic conficiuntur: Eor quoque nobilis civitas eſt, nec ei inferior Suſtra Suſianæ caput. Sed omnes cedunt, genuaque quodammodo deoſculantur (quo ad pulchritudinem) civitati Siras, ad fluvium Bindimirum: fuit ea quondam Metropolis Perſarum (ut aliqui volunt) dicebaturque Perſepolis: Alexander Magnus inſtinctu ſui ſcorti tradidit eam flammis: cùm autem ipſum poſtea ſui facti puderet, fecit eam reſtaurari: quamvis hodie non ſit tantæ amplitudinis, quando olim fuit, æſtimatur tamen eam maximarum civitatum Orientis unam eſſe, circuit cum ſuburbiis plus minus xx milliaria, inſtruitque LX focorum millia. Perſis in proverbio eſt: Quando Siras erat Siras, tum Cairus erat ejus pagus: non habent tamen eam pro valdè antiqua, nec accedunt eorum ſententiæ, qui eam Metropolim Perſarum faciunt. Tauriſium & Caſbin ſunt quoque civitates nobiles, quæ præter amplitudinem, oſtentant ſe propter aulam regiam.

Regi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Regimen.

FOrma Reipublicæ horum populorum non eſt æqualis alicui alteri populo Mahumetano, nec ullo loco inter hos ea politica regendi forma viget, quæ apud Perſas. Aliæ omnes excindunt ferè omnem nobilitatem, utunturque opera mancipiorum, occidunt fratres, aut excœcant eos, ſed apud Perſas habetur nobilitas in pretio: Reges tractant humaniter fratres, habent in ſua ditione multos potentes opibuſque claros Principes, quæ omnia Ottomanni in ſuo imperio non ferunt. Equitatus apud Perſas in pretio eſt & ingenuitas: muſica & bonis literis delectantur, ſtudent poëſi, evaduntque ſua lingua excellentes: Aſtrologia quoque laudatur apud ipſos: hæc omnia contemnunt Turcæ. Mercatura manuariæque artes florent in·Perſia. Vt concludam: Turcas ſuperant civilitate & humanitate.

Vires.

HVjus regni vires conſiſtunt potiùs in virtute quàm numero. Sunt ibi tria militum genera: unum eorum eſt, quos Rex ſemper habet ſtipendiarios, & apud ſe: alterum eſt Timariottorum (habet enim Rex magnum equitum nume-

rum,

rum, quibus ſtipendiorum loco, certa loca attribuit; quod & Turca facit:) tertium eſt auxiliariorum, qui ære ſuo merent: conſcribuntur ex Georgianis & Tartaris. Sed loquendo de duobus primis generibus (quæ regno Regique propria ſunt) duo hæc militum genera ſunt equites: ubi enim arma ſunt in manibus nobilium, ibi peditatus vix ulla eſt ratio: ex eadem cauſa ſequitur, quòd Perſæ viribus maritimis inſtructi non ſunt: & quamvis mare Caſpium ab uno latere, ſinus verò Perſicus ab alio ſit, nunquam tamen claſſibus nec in uno, nec in alio mari uſi ſunt. Mare Caſpium quoque (quamvis octingenta milliaria longum ſit, latumque ſexcenta) non tranſmittitur aut navigatur, niſi juxta littora. Luſitani imperant mari Perſico, ſuis claſſibus, quas ſemper in Inſula Ormuz habent. Etſi Perſia abundat metallis, temperatura excellentibus, præcipuè Provincia Carazam: bellicorum tamen tormentorum nullum ferè uſum habent, ſicut nec muniendi, oppugnandi, obſidendi, ſervandi, defendendique loca, quòd hæ militiæ partes peditatui magis propriæ ſunt, ſicut equitatui proprium eſt, in patentibus campis juſtis prælis confligere, in quibus Perſas multum valere, negari non poteſt. Vltra militiæ neceſſarias res, laborat militia Per-

ſica adhuc alio gravi malo, nempe diſcordia, quæ duabus ex rebus oriri ſolet: una eſt Principum potentia, cui plurimum ſuperbia & contumacia conjuncta eſſe ſolet: alia eſt itinerum, & ducendi exercitus difficultas, quæ ex aquæ fluviorumque navigabilium penuria naſcitur. Flumina enim Perſiæ non navigantur, aut tam parum navigantur, ut quod præſtant, nullius ferè momenti ſit: omnes in ſinum Perſicum influunt, aut in mare Caſpium, ut regiones, quæ in medio jacent, relinquantur aridæ, & aquæ inopes: quam ob rem vires regni jungi non poſſunt: regni enim dimidium ſiccum eſt, nec flumen aliquod hic eſt, quod toti regno ſerviat, ſicut Ligeris Franciæ: Padus Longobardiæ: Viſtula Poloniæ: Scaldis Flandriæ, aliique aliis regnis faciunt. Terræ deſertæ quoque hic ſunt, quæ Provincias à ſe invicem diſiungunt: montes etiam, qui eas à ſe invicem ſeparant. Has ob res, mihi hoc regnum Hiſpaniæ ſimile videtur, ubi nec fluvii commercio utiles ſunt, præterquàm in finibus provinciarum: & montes ac regiones, propter ariditatem incultæ ſunt. Sed natura, ut commercia adjuvaret, commoditatique vitæ humanæ, in locis aqua navigabili indigis, proſpiceret, dotavit Perſiam, regioneſque vicinas Camelis, qui ibi commodiſſi-

modiſſimi ſunt: ferunt enim onera graviora, quàm equi aut muli ferre poſſent, perdurantque diu in labore, ferunt onus mille pondo, continuabunt iter XL & pluribus diebus, & in locis ſiccis ſabuloſisque: ſicut ſunt Lybia, Arabia, Perſia, in quibus aqua & paſcua deſunt, bibunt tantùm quinto die ſemel, & ſi opus ſit, ferent ſitim per decem & plures dies: quod ad pabulum attinet, onere levatis, datur pro pabulo modicum herbæ, ſpinæ, aut rami arborum. Non itaque ullum animal eſt, quod laborem diutiùs ferat, minoriſque ſit impenſæ: propter has conditiones, accommodatiſſimum eſt regionibus aridis & ſiccis, Aſiæ & Africæ, in quibus homines ſumma inopia aquæ & ciborum laborant: cùm enim Camelo parum ſufficiat, poteſt tamen in aliorum uſum, magnam commeatuum quantitatem ferre. Tria ſunt eorum genera: minoribus inſident homines: mediocres duos gibbos habent, ferendiſque mercibus valent: majores craſſioreſque onera mille pondo ferunt. Hæc de Camelis dixiſſe ſufficiat.
Quem equitum numerum Rex Perſiæ educere poſſit, viſum fuit bellis inter Iſmaëlem & Selimum I. Regem Turcarum: inter Iſmaëlem & Solimanum, & inter Codabendam & Amuratem III. ge-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

ſtis : nemo horum Regum habuit unò in loco contra Turcas ultra XXX equitum millia, ſed armis adeò inſtructos equites, ut multò majoris exercitûs impetum non timuerint: equites Perſiæ, quibus ſuppetit res, quique ditiores inter ipſos ſunt, armant ſe ferè in modum noſtrorum cataphractorum, alii(qui duas ac tertias equitatus partes conficiunt) contenti ſunt galea, lorica, ſcutoque: utunturque lancea arcuque alternativè. Sed dicamus pauca de reditibus, quibus auxiliarios conducere poſſit. Profiteor me præciſe non ſcire, ad quam ſummam ejus reditus accedant, duo enim, qui dedita opera eò profecti ſunt, ut explorarent, quæ Regis Perſiæ opes ſint, inter ſe diſſentiunt, diverſaque loqui audivi: unus tres, alius quinque aureorum milliones annui reditus ei attribuit; hoc autem dico, ex duobus argumentis colligi poſſe, ipſum opulentum eſſe : unum eſt, quòd Tamaſus, ejus qui nunc regnat pater, toto ſuo regno ſuſtulit vectigalia omnium exportatarum & importatarum mercium. Id vectigal reddebat LX tomanorum millia, quæ conficiunt millionem, & octingenta aureorum millia : unus enim Tomanus valet XX aureos : ut autem id faceret, induci non potuiſſet, niſi alii reditus ei animos dediſſent. Aliud argumentum eſt, quòd

quòd Status Perſiæ in ſeptem Provincias diviſi ſunt, quarum ea, quæ Ipſaam dicitur, reddit ſeptingenta aureorum millia: tantundem dat Siras, nec tamen inter ditiores cenſentur hæ duæ: eas enim longè ſuperant Coraſſan, Diargument, quarum illa fodinis Cyrneorum, metallorumque, hæc ſerici prædives eſt. Sed unde percipit ſuos reditus, ſi ſe vectigalibus invectarum & evectarum mercium ſpoliavit? Ex territoriis ſui dominii: ex decimis fructuum: ex fructibus minerarum: ex officinis: unuſquiſque enim officinam aut tabernam quarumcunque rerum ponere volens, certi quiddam Regi quotannis pendere debet: ex donis quoque particularium, & donationibus communitatum, confiſcationibus, aliiſque rebus talibus: adferunt quoque aliquid tributa Principum, coronæ ſubditorum, quales ſunt Principes Far & Candaar, aliique, quos ſuprà nominavimus.

Principes Finitimi.

AB Ortu Mogororum, à Septentrione Zagatajorum fines attingit Sophi: ab Occaſu longiſſimo tractu, Perſiæ conterminus eſt Turca: ad Meridiem habet regnum Ormuzii (cui corona Luſitanica dominatur.) Cum Mogoris nihil ferè negotii Perſiæ Regi eſt, propter cau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

ſas alias deductas: ſicut enim Hiſpania & Francia ſe mutuò offendere non poſſunt, propter itinerum anguſtias, & aſperitatem ſituum ad limites, quæ commeatum (qui exercituum ſuſtentatio eſt) tranſvehi non ſinunt, ita & inter confinia Indiæ & Cambajæ (à Mogoris occupata) & ditiones Perſarum ſe interponunt montes & deſerta quæ non permittunt, ut juſtis viribus ſe invicem hi Principes impetant. Pro maximo quoque obſtaculo habendum eſt, quòd equitatus, in quo amborum vires ſitæ ſunt, in talibus locorum anguſtiis explicari non poteſt: petunt tamen ſe invicem bello ad fines regnorum Cabul & Sableſtam, quorum aliqui Principes Mogororum ſibi dominium pararunt. Sophi immediatè Magni Cham fines non attingit, quòd aliqui Principes, & deinde magna deſerta inter ipſos ſint. Videtur ipſum pro termino ſui Imperii ſibi ſtatuiſſe flumen Oxum, quod alii Abianum dicunt, id in Sableſtam ſubtus montem Dalanguer, poſt longum curſum, in quo multum protenditur, propter frequentiam & amplitudinem fluminum quæ recipit, condit ſe in mare Caſpium, dividitque à parte Septentrionali Sophum à Zagatai. Sophus nunquam auſus fuit hoc flumen tranſmittere, & cùm Saba

Rex

Rex Zagatajorum, id tranſgreſſus eſſet, magno prœlio ab Iſmaële victus fuit. Cyrus, Rex Perſarum, conſtruxit pontem in hoc flumine, tranſduxitque exercitum adverſus Tomirim, Scytharum reginam, quæ ipſum cum omnibus ſuis concidit: Turcæ conterminus eſt Sophi per totam imperii ſui longitudinem occidentalem, nempe à mari Caſpio, ad ſinum Sauracenſem uſque, ſpacio ferè xv graduum. Vt verum fatear, non habet Perſa hoſtem, à quo plus ei periculi timendum ſit, cujuſque vires ei plus metuendæ ſint, quàm Turcam: quoties enim arma cum eo contulerunt Perſæ, ferè ſemper aliquid perdiderunt: Mahumetes II. vicit Vſſuncaſſanum, eripuitque imperium Trapezuntinum Davidi, qui ſe ſub ejus umbram protectionemque contulerat. Selimus I. ſuperavit in locis campeſtribus Iſmaëlem, eripuitque ei Caramit (civitatem ampliſſimam fortiſſimamque) Orfam, Merdim, totamque regionem, quam ipſi Alech nuncupant: Solimannus egit in fugam Tamaſum, ſpoliavitque eum Bagdeto, & tota Meſopotamia. Ætate noſtra, occupavit Amurathes id omne, quod inter Derbentum & Tarviſium jacet, quo in ſpacio eſt Georgia (cujus populorum pars maxima ſequebatur partes Sophi) Ser-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

van: & munitis arcibus (quas in Tiflis, Sumachia, & Eres magnis civitatibus, & in tranſitibus Cars, Tomanis & Lori ædificari fecit) reddidit paulatim ſibi iter ſecutum, ab Ezechia ad Orontem fluvium uſque, qui trium dierum itinere ultra Tautiſium fluit, in qua civitate (Tautiſio) curavit ædificare magnam arcem, nec cogitat eam relinquere, ſicut primùm Selimus, & deinde Solimannus fecere, ſed vult ea arce Tauriſium tanquam freno conſtrictam, in perpetuum retinere. Eo bello, quod ab anno 1567. in 91 annum uſque duravit, mutarunt Turcæ ſuum belligerandi modum: cùm enim huc uſque ſuæ multitudini, virtutique ſui equitatus, peditatuſque, copia tormentorum bellicorum, apparatuque bellico confiſi, non curarint arces, munitioneſque extruere, ſed utplurimùm quicquid ceperant, exciderint, nec magni fecerint quod retinuerant (quod, ut verum dicatur, in campis fortis eſſe non poſſit, qui vires in loca munita diſpartitur) hoc bello Perſico neceſſitas coëgit Turcas (ut evitarent errores, in quos impegerant Selimus & Solimannus) ſe paulatim munire, fecerunt itaque caſtella in locis oportunis; ædificarunt civitatulas in præcipuis civitatibus, inſtruxeruntque eas magno tormentorum bellicorum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

torum, & militum numero, conſtititque eis id bellum magno. Quamvis autem Perſa, improviſis aſſultibus, multa hominum millia in fiuſta diſſecuerit, multaque eorum millia fame incommodiſque perierint, tantum tamen terræ amiſit, tum ſuæ propriæ, tum amicorum, quantum jam dictum eſt, & inter alia ſuam civitatem regiam Tauriſium. Æſtimaturque Turcam in ditione, quam ſibi bello paravit, inſtituiſſe XL Timartorum millia, & quòd ei adhuc auri millio ex reditibus ejus ſuperſit. Perſa non poteſt reſiſtere Turcę in præliis campeſtribus, ei enim peditatu, tormentis, & apparatu bellico, & (quod ſummum eſt) obedientia populi conferri non poteſt: Selimus primus, Solimannus, & Amurathes tertius nunquam contra Perſas arma moverunt, niſi aut à rebellibus, aut ipſorum diſcordiis invitati: Selimus ab Marabecho, filio Ocen, Principe in Perſia potentiſſimo, in auxilium vocatus fuit: Solimannus auxilio venit Elcaſo, Tamaſi fratri, cui ex ambitione aut ſuſpicione erat infenſiſſimus. Turca itaque ſuo commodo uſus eſt benevolentia, qua Elcaſus apud populum valebat, ejuſque authoritate: Amurathes non ante arma cepit adverſus Perſas, quàm ex literis Vſtaff Baſſæ Vani civitatis, & alio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

rum intellexiſſet, omnia contentionibus flagrare apud Sultanos Perſiæ, qui inter ſe de Rege diſſidebant: quidam enim Iſmaëlem, alii Ayner (qui ambo Tamaſi filii erant) volebant, & Periacocona occidit ſuum fratrem Iſmaëlem, excluſoque Aynere, conſequutus eſt coronam Mahumetes Codabenda. Exortæ ſunt poſtea diſcordiæ inter Codabendam & filium, & inter Turcomanos (familiam inter Perſas potentiſſimam) & Regem, quæ Perſis non minus nocuerunt quàm arma Turcica. Nullum negotium eſt Regi Perſarum cum Luſitanis Ormuzii, quòd ipſi nec vires maritimæ (ſine quibus id regnum recuperari non poſſet) ſint, nec Luſitanis ſatis virium eſt, ut in mediterraneis regionibus ſibi aliquid acquirere poſſint. Tamaſus ipſe, cùm aliquando inſtigaretur, ut expeditionem in Ormuzium ſuſciperet, rogavit, quid ea in Inſula creſceret, num frumentum, fruges, fructus, aut quid aliud boni? cumque intellexiſſet fundum Inſulæ ſterilem, omniumque rerum eſſe inopem, ſed commercio valdè conducere inſulam, ideoque magni momenti eſſe, neglexit, irriſitque eos, dicens ſe ſuis populis remiſiſſe nonaginta Tomanorum millia, talis reditus.

IN-

INDEX

Rerum maximè memorabilium.

A.

ABa urbs. 35
Abas Rex Perſarum. 179
Accurgar inſula. 207
Actamar lacus. 242
Adana 208
Aderbigian provincia. 52
Aguvanes populi 102
Ahuvaza oppidum. 115.117
Aladaule regio. 107
Alhart caſtellum. 218
Amedon oppidum vide Hamadan. 32
Amida oppidum. 135
Amol oppidum. 104
Amus caſtellum. 217
Andrevi inſula. 89
Anna oppidum. 269.280.329
Araſſe oppidum. 251.277
Araxes fluvius. 243.245
Ardevil oppidum. 59.231.257.277
Ardoc fluvius. 272.273
Armenga oppidum. 230
Armenii populi. 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Arzeron. 286
Arzinga. 217.286
Aſanchiph. 228
Aſahr oppidum. 280
Aſkarmucran oppidum. 115.118
Aſtachar oppidum. 40
Ayt oppidum. 269.280

B.

BAchu oppidum. 258.275
Bagdat oppidum 120.268.300.322
Baharen inſula. 89.294
Baiburth. 217
Baldac oppidum. 266.275
Balck civitas. 107
Baleſſe. 275
Balſara oppidum. 281.294
Baluches populi. 98
Barhen inſula. 89
Baſhra. 121
Baſora. 309. *antiqua* 312
Baugleatan. 271
Bavuhtata inſula. 270
Bazas oppidum. 38
Beduines populi. 313
Bery. 290
Beſtân. 297
Biben oppidum 298
Bildih oppidum. 278
Bindamir fluvius. 264
Bir oppidum. 226.233.279

Bithlis

ithlis oppidum. 229.241

Bachara oppidum. 108.275

ogar oppidum. 273

oſt oppidum. 98

ourac oppidum. 181

radamir fluvius. 27

urengia oppidum. 98

C.

CAffa urbs. 221

Calata urbs. 230

anac fluvius. 244

andahar. 100.102.296

aramida. 227.235.

arbuſe fructus. 272

arputh. 217

arra. 234

arrege inſula. 281

aſbin oppidum. 255

aſſan. 212.225.258.284

atifa. 294

us oppidum. 218

han-ruz oppidum. 39

hatalet inſula. 275

helder montes. 243

exan oppidum. 10

biagri arx. 24

ilminare. 40.46.214

oore oppidum. 303

oraſan provincia. 69

oy oppidum. 61.211.218.230

milfal oppidum. 245.246

Chuſi.

Chaſiſtan provincia. 11
Ciſtan urbs. 9
Coïm vel Koim. 21
Comum. 212.258.28
Conar fructus. 8
Coïnarii populi. 21
Colmac provincia. 27
Cor fluvius. 27
Corbet oppidum. 29
Cormaba urbs. 11
Corna arx. 30
Cotachis. 22
Coyſalma urbs. 31
Cuerib oppidum. 21
Cufa oppidum. 34
Culiſtan. 23
Culperchean oppidum. 21
Curchi milites. 26
Curdi populi. 210.23
Cuſeſtan Suſiana. 26
Cyrus fluvius. 244

D.

DArac urbs. 9
Dedu arx. 22
Delimon ſive Delmon. 6
Demir Capi. 24
Derbent oppidum. 219.249.276.27
Diarbeck provincia. 23
Dier oppidum 28
Doctarham oppidum. 29
Dorcka oppidum. 20

Dulg

Dulgadir regio. 207
Duzim montes. 253
Dyniæ fructus. 272

E.

EDen inſula. 267
Elmadina urbs. 3.120
Emouſada urbs. 191
Ere vide Hrey.
Eres oppidum. 250
Eſahul milites. 262
Euchar. 216
Eulæus fluvius Suſianæ. 117

F.

FArra oppidum vide Parra. 303
Fariab oppidum. 78
Faſah urbs. 51
Firoes-Abad urbs. 52
Furro fluvius. 281

G.

GAbbar oppidum. 279
Gamrou vide & *Gomrou.* 42
Garom oppidum. 45
Gaurisii qui ſint. 23
Gaxkar oppidum. 66
Gazal animal. 135
Gazvvehen provincia. 103
Geilan provinc. & oppid. 257. 278
Georgia provincia. 223
Getſy. 289
Gihon amnis. 103. 104
Giorgian provincia. 104

Giroſt

Giroſt oppidum. 82
Gizire oppidum. 228
Godanna oppidum. 298
Gomrou oppidum. 42, 282
Gorride oppidum. 223
Gouen. 283
Govvra oppidum. 298
Gozan fluvius. 72
Grees oppidum. 296
Guadel vel Guader portus. 99
Gueylan provincia. 63
Guſtan. 297

H.

HAbin fluvius. 70
Hamadaine. 301
Harmuz regnum. 84, 305
Regum Series. 93
Hauſapaus. 283
Hela oppidum. 321
Hemda oppidum. 298
Hendemend fluvius. 97
Herât oppidum. 75
Herzis oppidum. 218
Hichan oppidum. 66
Hiſpahan. 16. 38. 260. *vide & Spahan.*
Hrey urbs. 72
Hulvvân urbs. 34
Hyerak provincia. 14

I.

IAic amnis. 271
Iaſd ſive Ieſde. 29. 39. 212.

Ignis

Ignis cultus. 144
Ilrtentes fluvius 97
Iolfa oppidum. 225
Irack provincia. 119
Iſmael Suphi. 348, 349
Iſpahan. 16. *vide & Hiſpahan.*

K.

K*Ahem oppidum.* 71
Kait arx. 273
Kaitha urbs. 96
Kard oppidum. 38
Kargh inſula. 89.307
Karkuf oppidum. 329
Katifarres. 97
Kaxon oppidum. 30
Kazvin urbs. 31
Kazrum oppidum. 49
Kermon provincia. 79
Metropolis. 81
Keys inſula. 89
Koah potio. 172.322
Kom urbs. 31.225
Kuda oppidum. 66
Kufa. 119. 318.
Kurdeſtan provincia. 114

L.

L*Aar oppidum.* 41.43.214
Langarkanon. 66
Langor oppidum. 296
Lahazibent. 216
Lara inſula. 86.306

Larecq inſula. 88
Larines nummi. 311
Left inſula. 282
Lima oppidum. 295

M.

Macron regnum. 98
Magdon. 308
Manama municipium. 90
Mandradan. 216
Manguſtave. 271, 275
Manuſcate Curdorum pagus. 237
Maraga oppidum. 62
Marerichi oppidum. 224
Marvvaruda. 77
Maſcate inſula. 295
Maumutaga. 231
Maun pondus. 125
Maurehanar provinc. 103
Mazandaran provinc. & urbs. 66
Medain urbs. 119
Media duplex. 247
Melhuah oppidum. 337
Menil oppidum. 281
Merdina. 209
Merend oppidum. 62. 230
Mexat oppidum. 70
Mexat Aly. 317, 318
Mexat Ozem. 319
Mezenah. 333
Mezayebh oppidum. 321
Mordari. 248

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Moſal oppidum. 267. vel Muſel. 301
Mucan ad mare Caſpium. 61
Mulah Perſarum. 136
Mus caſtellum. 218
Muſſavv-Coſan. 300

N.

NAhaond urbs. 33
Nahziavan. 59
Naim oppidum. 215
Naſsivan. 243, 245
Nazavon portus. 278
Nazeria. 328
Nechel. 282
Neriz. 51
Nethas oppidum. 225
Nezzereth urbs. 300
Nibbelus Arabes. 306
Niſabur oppidum. 75
Nuſſebau. 301
Nyxabour provincia. 67

O.

ORfa urbs. 208.226.233
Orias caſtellum. 218
Ormuzii deſcriptio. 93
Ourmia oppidum. 61
Oxus fluvius. 72.272

P.

PAgen animal. 135
Pahanavens. 298
Parra oppidum. 293.297
Perſarum mores. 264

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Phargana urbs. 78
Phaſis fluvius. 221
Oppidum. ibid.
Puttanes populi. 102

Q.

Qveixome inſula. 89. 305

R.

RAecca oppidum. 279
Raghiean oppidum. 51
Raxt urbs. 66
Regh Ceyfadin. 307
Reo arx 223
Rhey oppidum. 216
Rey Schariar. 33
Rexel arx. 307
Rex Boghar. 274

S.

SAbberca oppid. Arabiæ. 300
Sagiſtan provincia. 95, 96
Salmâs urbs. 61
Samarcanda civitas. 108
Samachi oppidum. 219. 231. 276
Saoach oppidum. 31
Sargom. 283
Sarri. 216
Saua. 31. 216
Sanvva oppidum. 31
Sayda oppidum. 316
Sechi oppidum. 249
Sehave oppidum. 297

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Sehel. 334
Sellizure arx. 272
Sena urbs. 225
Sepeliendi ritus apud Perſas. 140
Serachich oppidum. 271
Serragen. 309
Sert oppidum. 210.229
Shabra oppidum. 276
Shen oppidum. 284
Shirvan provincia. 276
Et oppidum. 57
Sinda. 216
Sirgian urbs Kermon. 82
Siraf oppidum. 51
Su oppidum. 239
Siſton provincia. 95
Sultania. 34.211.225.253
Spahan. 211.304
Stahabanon. 50
Strava ad mare Caſp. 216.349
Strabath. 67
Sukana oppidum. 335
Sumachia. 247. *vide Samachi.*
Surmah gemma. 81
Suſa civitas. 116
Synuee fluvius. 300

T.

T*Auris urbs.* 52,53.224.251
Taybah oppidum. 335
Tedit. 232
Tegur farris ſpecies. 272

Teſſu oppidum. 219
Thabs oppidum. 71
Thalekan oppidum. 77.78
Theodoſia urbs. 220
Thimar villa. 215
Thun oppidum. 70
Tocatum oppidum. 286
Tochariſtana provincia. 77
Toſſarkan oppidum. 305
Totovan. 229
Tremiga. 216
Tumen provincia. 275
Turcomania. 273.305.333
Turqueſtan regnum. 105.106
Tus oppidum. 75
Tutia quid ſit. 80

V.

VAn oppidum. 59.230.242
Vargau. 215
Vaſtan urbs. 211
Vlfavven. 302
Vrgence oppidum. 272.275
Vzbeck provincia. 107

W.

WAſet oppidum. 116

X.

XAm. 330
Xat el Arab. 208
Xays nummi. 311

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Y.

YEm fluvius. 271
Yeſd. 294. 298. vide Ieſde. 2[illegible]

Z.

ZArang oppidum. 97
Zeriſter oppidum. 219

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 57